heliam non fuiſſe mortuũ ſed raptuz vi-
uum p turbinẽ in celũ: crediderunt eum
ſubito iter eos apparuiſſe. ꝛ redit in idẽ.
Sed contra / q: erat eis notus vnde diciꝫ
Lu. j. ꝙ mirati ſunt vniuerſi. Ad hoc di-
cit. s. Tho. eodẽ modo quo ſupra dictuz
eſt. Vel ſicut dicunt aliqui: puta Orige.
occaſio interrogationis potuit eſſe: quo
rũdam iudeorũ error qui animam credi
derũt de corpore in corpus trãſferri. Vñ
q: Joannes ſimilis helie in multis vide-
batur dubitauerunt an eſſet helias. Se-
quiꝫ [ꝛ dixit nõ ſum]. ſ. helias. Sz Greg.
hic mouet queſtionez q: dñs requiſitus
a diſcipulis de helie aduentu de quo di
cebatur ꝙ xp̃m deberet precedere: rñdit
dicens Joannes ipſe eſt helias. Math. F
xi. Ad hoc aũt rñdet idem Greg. ꝛ cõiter
alij / ꝛ iſtã queſtionẽ ſoluit angelus. Luc.
i. ipſe inquit precedet ante eum in ſpũ ꝛ

virtute helie. Non ergo fuit helias in ꝑ-
ſona ſed in ſpiritu ⁊ virtute ⁊ ſimilitudine
G vite: vt pꝫ ex dictis. Uterq; enim fuit ere-
mita: ⁊ vterq; cõſequẽter parcus in cibo
⁊ potu: ⁊ vterq; duris veſtibus opertus:
⁊ vterq; virtutis zelator. vnde ille contra
achã: iſte cõtra herodẽ pugnauit ⁊ vter-
q; alicuius officii aduẽtus precurſor. Se-
quitur tertia interrogatio cuꝫ dicit [pro-
pheta es tu?] Pro qua ſciẽdum eſt ꝙ iu-
dei ſicut expectabant heliã: ita expecta-
bãt quẽdã magnũ ꝓphetã: de quo puta-
bãt ꝓphetaſſe moyſen. Exod. xviij. Pro
phetã inq̃t ſuſcitabit vobis dñs de fra-
tribus veſtris. ⁊ tñ iſta ꝓphetia intelligẽ
da eſt de xp̃o. Sicut enĩ dicit Orig. iudei
male ſcripturã intelligẽtes: tres ꝑſonas
excellẽtes expectabãt. ſ. xp̃m: heliã: ⁊ iſtũ
prophetã. Tripliciter ergo põt intelligi
iſta tertia interrogatio. Primo modo in
telligit ſm Orig. de iſto ꝓpheta de quo
dicit. Exo. xviij. Unñ in greco ponit ly ꝓ-
pheta cũ articulo denotante ꝙ ſtat anto
H nomaſice ꝓ illo ꝓpheta excellẽte. Scdm
vero aliquos alios intelligit de heliſeo.
qꝛ vt dicit. ſ. Tho. ad tres perſonas vide-
batur ꝑtinere officiũ baptizãdi: qd ioan
nes exercebat. ſ. ad xp̃m: de quo dicitur
Ezech. xxxvj. effundã ſup vos aquã mũ-
dã ⁊ ad heliã q̃ diuiſit aq̃s iordanis. iiij.
reg. ij. ⁊ ad heliſeuꝫ cuius p̃cepto naamã
ſe lauit in iordane: q̃ etiam heliſeus dicit
excellens ꝓpheta propter mirãda ſigna
que fecit. Tertio intelligit ſcdm Greg. de
propheta in cõmuni. Secundũ ergo pri
mã ⁊ ſecundã acceptionẽ: nulla eſt diffi-
cultas: cũ ioannes r̃ndet. Nõ ſum. ſ. pro-
pheta ille de quo ꝓphetauit moyſes: ne
q; ſum heliſeus. Sꝫ ſm tertiã eſt queſtio:
qꝛ ipſe fuit plus q̃ꝫ propheta. Soluit aũt
a. b. Augu. ⁊ ſ. Tho. qꝛ nõ eſt ioannes ꝓ-
pheta / ſed maior q̃ propheta. Sed cõtra
hoc arguit Nico. de ly. qꝛ minus inclu-
ditur in maiori ſicut quaternari⁹ in qui-
nario. ideo qui eſt plus q̃ꝫ propheta: eſt
etiã propheta. Sed ad hoc ſic dico. Et ſi
eũ maius includat minus nõ tñ eſt mi-
I nus neq; quinarius eſt quaternari⁹. Et
eodẽ modo neq; pl⁹ q̃ꝫ propheta eſt pro
pheta: q̃uis includat virtualiter ꝓphe-
tam: ⁊ hoc ſi ſumamus prophetã ſm ra-
tioneꝫ nominis a ꝓcul fando: ſcilicet qꝛ
predicit futura. nã plus q̃ꝫ propheta non
ſolũ p̃dicit futura / ſed monſtrat p̃ſentia.
Et ſi contra hoc obijciatur / quia ad pro K
phetã ſpectat etiã preſentia occulta dice
re quia talia ſunt ꝓcula cognitione hu-
mana. Dico ꝙ magis diſtant futura / qꝛ
nõ eſt aliqd preſens qd nõ poſſit ab aliq̃
creatura cognoſci. Et ſi arguatur qꝛ ſm
hoc maioris virtutis erit cognoſcere fu-
tura q̃ꝫ preſentia tñ. Dico ꝙ verũ eſt / ſed
cuꝫ hoc ſtat ꝙ ſit minoris dignitatis co-
gnoſcere ⁊ demõſtrare hoc p̃ſens qd eſt
xp̃s q̃ꝫ futura cognoſcere. Maioris inq̃ꝫ
non rationis cognitionis / ſed ratiõe rei
cognite: vel ratiõe officij ad qd talis de-
mõſtrator eligit. Uel aliter dico ad obie
ctionẽ ꝙ futura ſunt magis procul q̃ꝫ pre
ſentia extenſiue qꝛ. ſ. diſtãt cognitione ⁊
euẽtu ſimul: preſentia v̄o occulta cogni-
tione ſolũ. Hec igit ſm rationẽ nois di-
ci poſſunt: ⁊ ſic intelligit ſolutio Aug. di
centis ꝙ plus q̃ꝫ ꝓpheta. ſ. vt ſic. i. vt oſtẽ-
dit preſentia non eſt proprie ⁊ ſtricte pro
pheta. Sed tñ in rei veritate: Joannes L
fuit ꝓpheta: vt patet teſtimonio patris
ei⁹. Luc. j. Quis nõ debeat denominari
proprie propheta: ſed plus q̃ꝫ ꝓpheta. i.
baptiſta vel precurſor ⁊ angelus / qꝛ pro-
pter res denominatur a ſua v̄ltima perfe
ctione ⁊ dignitate: puta ſacerdos a ſacer
dotio: ⁊ nõ a diaconatu. Dato autem ꝙ
plus q̃ꝫ ꝓpheta ſit ꝓpheta: non tñ eſt ꝓ-
pheta tantũ. ⁊ ſic ſoluit Greg. Et ſic intel
ligitur etiaꝫ ſolutio Auguſtini ⁊ ſ. Tho.
qui dicunt ꝙ negauit ſe eſſe prophetam
ſimpliciter. i. p̃ciſe. Sꝫ qꝛ nihil adhuc af-
firmatiue reſpõderat Joannes: ideo fa-
ciunt quartã interrogationẽ qua de nul
lo ſpecialiter interrogant dicẽtes. [Quis
es? vt reſponſum demus his qui miſerũt
nos. quid dicis de teipſo?] ſm Chry. hoc
nõ interrogãt vt poſſint dare reſpõſum
mittentibus: vt dicũt. Nã habita reſpõ-
ſiõe affirmatiua tacuiſſent ⁊ nõ fuiſſent
cõuerſi ad reprehenſiões. Sed tñ beat⁹
Joannes reſpõdit: [ego vox clamãtis in
deſerto:] Iſta patẽt ex dictis in preceden M
ti euangelio. Sed tamẽ adhuc ſciendũ
eſt ſm ſ. Tho. ſup Joan. ꝙ ratio literalis
quare Joannes clamauerit in deſerto:



eſt vt in deſerto manens immunis eſſet
ab oĩ peccato: ⁊ cõſequẽter dignior chri
ſto teſtimoniuꝫ ferret: ⁊ illud ex ſua vita
A eſſet credibili⁹. Myſtica vero eſt vt oſtẽ
datur ꝙ de cetero doctrina dei nõ debe-
ret eſſe tñ in hieruſalẽ: ſꝫ in deſerto gen-
tilitatis. ¶ Clamabat aũt ſm eundẽ pro-
pter quatuor. Primo ad oſtendẽdum ꝙ
xp̃s in ſe ⁊ in Joãne manifeſte loquebat:
qꝛ clamor manifeſtationem importat: in
ꝓphetis autẽ nõ clamauit: qꝛ tenebroſa
aqua in nubibus aeris. i. ſciẽtia in pro-
phetis. Secundo qꝛ iudei erãt diſtãtes.
Tertio: qꝛ erant ſurdi. Quarto / qꝛ cuꝫ in
dignatione loquebant quaſi iraꝫ deme-
ruiſſent. ¶ Moraliter Joãnes qui inter
pretatur gratia dñi ſignificat virum iu-
ſtum: ad quẽ ex hierl'm: ſcꝫ celeſti mittu n
tur nuntij. i. angeli: interrogantes eũ. Tu
quis es? i. inſpirantes euꝫ ad cognitionẽ
ꝓprie fragilitatis ⁊ iniq̃tatis / ⁊ ipſe con
fitetur veritatẽ: quia iuſtus eſt accuſator
ſui. Item interrogãt: ſi eſt Helias: quod
interpretat robuſtus dominator: ſcꝫ paſ-
ſionum ſuaꝝ. Itẽ interrogãt ſi eſt ꝓphe-
B ta. i. preuidens ⁊ precõſyderãs futura in
morte / ⁊ in iudicio / ⁊ reſpõdet. Non q̃ſi
ita eſt / vel q̃ſi eſt quidem / ſed nõ vt debi
tum eſt. ⁊ hec reſpõſio eſt in cogitatione
⁊ in ſacramentali confeſſione. ¶ Quan-
tum ad tertiũ / in tertia ꝑte euãgelij tan-
gitur quedã diſceptatio / qꝛ iſti acriter re
prehendebant Joanneꝫ. ⁊ ille humiliter
ſe excuſabat. Eſt aũt ſciendum ꝙ euange
liſta curauit oſtẽdere ꝙ iſti calumnioſe ⁊
ex inuidia interrogabãt ⁊ amouere a mẽ
tibus noſtris admirationẽ de tam p̃ſum
ptuoſa temeritate iſtorũ dicens: [Et qui
miſſi fuerant erant ex phariſeis.] Quaſi
diceret. Non eſt mirandum de temerita
te eorum: qꝛ erant ex phariſeis: quod in-
terpretatur diuiſis. Erant enim quidam
religioſi diuiſi ab alijs per cultũ exterio
rem quibus vt ait. ſ. Tho. ſua religio au-
ſum prebebat. Et vt idem dicit inter oẽs
alios inſidioſe et calumnioſe hebebant
ad Chriſtũ. Et nota ſm Orig. ꝙ iſti ſunt
C alij: nuntij a predictis / ideo illi tanq̃ꝫ ſa-
cerdotes ⁊ leuite modeſte locuti ſunt ſꝫ
ſm Aug. ⁊ Chryſ. illi ijdem fuerant: qui
ſimul phariſei erant ⁊ ſacerdotes ⁊ leui-
te: quod aperte innuit euãgeliſta qui di-
cit prius: quod miſerunt iudei ſacerdo-
tes ⁊ leuitas / ⁊ deinde dicit ⁊ qui miſſi
fuerant erant ex phariſeis. Sequitur [⁊ D
interrogauerũt eum: q̃d ergo baptizas?
ſi tu nõ eſt chriſtus neq; Helias neq; ꝓ-
pheta.] Ex hoc videtur ꝙ illi met nuntij
fuerũt: qui de helia ⁊ propheta interro-
gauerãt / ⁊ nũc ſm mentẽ Chryſ. aperiũt
dolũ ſuũ qui latuerat / qꝛ cum nõ potuiſ-
ſent illũ blanditijs ſubuertere ad dura ſe
conuertunt Grego. Sanctus quiſq; cum
peruerſa mente requiritur: a bonitatis
ſue ſtudio nõ mutat. Unñ Joannes cõtra
verba inuidie p̃dicamẽta reſpõdet vite.
Hec ille. Unde ſubditur: [Rñdit dicẽs /
ego baptizo in aqua.] quaſi diceret. non
miremini de meo baptiſmate. qꝛ eſt ſolũ
preparatorium ad baptiſmum xp̃i. nam
ego baptizo in aqua. i. ſm ſ. Tho. corpo
ra tantũ / ⁊ non animas lauo qd nõ ſuffi-
cit ad cõpletum baptiſmũ / ſed ille q̃ erit
deus ⁊ homo: lauabit corpus ⁊ ſpirituꝫ.
Unde de xp̃o ſubditur [medius autẽ ve-
ſtrum ſtetit quẽ vos neſcitis.] Hoc autem
exponit primo ſm Chryſ. ſic vt ad cõuer- E
ſationẽ referat. Medius ergo veſtrũ ſte-
tit cõmuniter ꝯuerſando: quẽ vos neſci-
tis. qꝛ neſcitis quis ſit ⁊ vnde ſit / qꝛ deus
eſt ⁊ a deo ⁊ a matre tantũmodo. Secũ-
do exponit ſm Ori. q̃ꝫtũ ad deitatẽ. Nã
dicit Hiere. xxiij. Celũ ⁊ terrã impleo di
cit dñs. Medius ergo. i. in medio veſtrũ
ſtetit ſm deitatẽ eo modo quo aĩa ſtat in
medio ⁊ in omni parte corporis quẽ vos
neſcitis et ſi videatis eius humanitateꝫ.
Tertio modo exponitur ſm eundẽ Ori.
q̃ꝫtum ad efficientiã ſeu influentiã: nam
cor eſt in medio animalis ⁊ ponit aliq̃ñ
pro intellectu: iuxta illud pſ. Dixi inſi-
piens in corde ſuo. licet intellect⁹ nõ ſit
potentia alligata organo qꝛ a corde ſicut
a principali membro procedit vita ⁊ mo
tus et operatio animalis. Chriſtus ergo
cum ſit verbũ ⁊ ſapiẽtia: per effectũ ſuum
eſt in omni intellectu: cũ omne verbum ⁊
omnis ſapiẽtia ſit quedã participatio di
uini v̄bi. Et qꝛ intellectus pro corde po- F
nitur: ſequitur ꝙ ꝑ effectũ ſuuꝫ ſit aliquo
modo medi⁹. i. in corde qd eſt in medio
oim. quem vos o ſugbi phariſei neſcitis

excecati ſupbia ⁊ mala voluntate. Quar
to ſm .ſ. Tho. ⁊ aliquos ſic exponitur/ vt
in hoc arguātur ſacerdotes ⁊ leuite: qui
H ſciebāt xp̄m venturū ꝑ ſcripturas. Me-
dius inquit veſtrū ſtetit. .ſ. in ſcriptura:
quā quotidie legitis quē tñ vos neſcitis
adeo vt nō agnoſcatis ꝓ preſentē quē ſu-
turum putatis. Sequit: [ipſe eſt qui poſt
me venit: q̄ ante me factus eſt.] Hoc aūt
exponit primo ſm Chryſ. Greg. ⁊ Orige.
ſic. [Poſt me venit] naſcēdo: baptizādo:
p̄dicādo. nā tota vita ⁊ cōuerſatio ⁊ pre-
dicatio ⁊ baptizatio Joānis fuit ordina
ta ad ſuſceptionē xp̄i. venit enim vt oēs
crederēt ꝑ illū Jo. j. [qui ante me factus
eſt] dignitate ⁊ ſanctitate q2 me oportet
minui/ illū aūt creſcere. Jo. iij. Uel ſcd̄o
mō pōt exponi referendo ad ipſam pfe-
ctionē xp̄i in quātū erat homo: que fuit ꝑ
gratiā ⁊ virtutes ⁊ ſcientias. Licet enim
Joā. prius fuerit cōceptus ⁊ natus: tñ an
teq̄ Joānes naſceret xp̄s fuit factus per
fect9 homo ⁊ multo excellēti9 q̄ aliquo
H tempore fuerit Joānes. Unde ſubditur
[Cuius nō ſum dignus vt ſoluā corrigiā
calciamēti eius.] qd̄ allegorice dictū eſt.
Hoc enī ſm Chry. voluit dicere: ꝙ nō eſ-
ſet dignus eſſe miniſter eius. ſm Grego.
vero voluit dicere ꝙ nō erat dign9 vſur
pare ſibi nomē xp̄i: q̄ eſt ſpōſus eccleſie.
Nā ſm morē legis moſaice. vt p3 Deu.
xxv. cū q̄s relicta vxore ſine ſemine mo
riebatur: ꝓpinquior ei accipiebat vxorē
eius/ ⁊ ſuſcitabat ei ſemē. ꝙ ſi ꝓpinquiſ-
ſimus hoc facere renuebat: ille qui ſcd̄o
loco erat accipiebat eā. ita tñ ꝙ pri9 ſol-
uebat calciamentū de pede prioris. Uel
aliter ſm eūdē q2 per calciamēta que ex
mortuorū aīaliū pellibus fiūt humanitas
noſtra mortalis deſignat: ꝑ pedes vō di
uinitas. Soluere igitur corrigiā calcia-
menti eſt enucleare myſteriū incarnatio
nis. qd̄ nullus ſufficit. Licet autē iſti duo
ſenſus Gregorij videātur ſpirituales: ta-
mē credo ꝙ ſint literales: maxime prim9
Ad certitudinē autē huius rei ſubiungit
I locus cū dr̄ [Hec in bethania facta ſunt
trans iordanem vbi erat Joannes bapti
zans.] in media. .ſ. multitudine: vt dicit
Chry. Et ſm eūdē exemplaria emendata
nō habēt bethania/ q2 eſt in mōte oliue-
ti: ſed habēt bethabora: q̄ eſt villa trans.
iordanē. ⁊ idē tenet Orig. Uerū tñ pōt di
ci vt dicit .ſ. Tho. ſuper Joā. ꝙ cum libri K
tam greci q̄ latini nō bethabora/ ſed be-
thania dicat duplex eſt bethania. vna in
mōte oliueti: alia trās Jordanē. S3 hec
proprie non bethania ſed bethabora dr̄
ſm Orig. ⁊ Chry. vt dictū eſt. ¶ Moralr
Joānes qui preparat viā xp̄o ad corbu-
manū ſignificat predicatorē. Debet ergo
p̄dicator eſſe vox perfecta. Eſt aūt perfe
cta vox ſm Iſi. ſi eſt alta: ſuauis/ ⁊ clara.
debet ergo predicatio ꝓpter celeſtia eſſe
feruēs ⁊ nō obſcurata ſcādalis vel igno-
rantia. Debet ēt clamare ⁊ dirigere ſicut
Joannes. Quō autē eſt an xp̄s incederet
calciatus vel diſcalciat9? Uidet enī ꝙ di-
ſcalciatus incederet aliquib9: quibuſdā
vero videt oppoſitū ⁊ magna eſt concer
tatio de hoc inter Nic. de ly. ⁊ paulū bur
gēſ. Mar. j. Sed veritas eſt id qd̄ Aug.
dicit in li. de verbis dñi: vbi ait. De his
calciamētis quib9 calciati ſumus cōfor-
tat me dñs Jeſus q2 niſi calciat9 fuiſſet: L
de eo Joānes nō dixiſſet. Cuius nō ſum
dign9 corrigiā calciamēti ſoluere. Sur-
repat ergo hūana p̄ſumptio dicēs: ego
euangeliū ſeruo q2 nudo pede ambulo.
Hec ille. Qd̄ vero dr̄ Matt. x. ꝙ xp̄s p̄ce
pit aplis ne portarēt calciamēta: intelli-
gitur ſm .ſ. Tho. ſup Mat. ⁊ Aug. de cō.
euāg. ne portarēt calciamēta alia ab his
quib9 actu erāt calciati. Un̄ ⁊ ſm Mar.
cap. vj. erāt calciati ſandalijs: q̄ vt dicit .ſ.
Tho. ſup Mat. erāt calciamēta pauperū.
¶ Pro his aduerte ꝙ illa vba q̄ ibi po-
nunt .ſ. Matt. x. vbi vrtualiter dr̄. Nolite
poſſidere aurū neq3 argentū: neq3 pecu-
niā in zonis veſtris: nō perā in via. neq3
duas tunicas. i. veſtes duplices. vt expo-
nit .ſ. Tho. ſuper Matt. neq3 calciamēta:
neq3 vergā. dignus eſt enī operari9 mer
cede ſua. Jſta inq̄ vba dupliciter expo-
nunt. Primo ſm Hiero. ⁊ Chryſ. qui di-
cunt ꝙ iſta fuerūt aplis tradita ꝑ modū
p̄cepti: ſolū pro eo tpe quo p̄dicabant iu-
deis qui p̄dicatorib9 prouidere cōſueue
rant. i. vſq3 ad xp̄i paſſionē. Et huic cōſo M
nat dictum xp̄i tpe ſue mortis: qd̄ hr̄ Lu.
xxij. Quando miſi vos inquit ſine ſaccu-
lo. i. burſa/ ⁊ pera/ ⁊ calciamētis: nūquid



aliquid defuit vobis? Ait illi dixerūt: Ni
hil. Dixit ergo eis. S3 nūc q̄ habet ſaccu
lū tollat ſimiliter ⁊ perā. ⁊ hoc ideo q2 ex
tūc habebāt gētib9 p̄dicare. Augu. vō ex
A ponit vt in iſtis vbis nihil fuerit p̄ceptū
aplis neq3 ꝯſultū ſ3 fuerit eis data licen-
tia. ꝯſequēter [vt dicit] melius faciebāt q̄
iſta nō accipiendi ſumpt9 ab his quib9 p̄
dicabāt ⁊ ſuabāt q̄ ſuātes. Un̄ ⁊ paul9
lucrabat manibus ſuis ne acciperet ab
alijs. Sciendum eſt etiā ꝙ Marc. vj. di-
citur ꝙ apoſtoli deberent portare virgā
qd̄ hic. Mat. negat. ſed vt dicit Aug. vn9
metaphorice: ⁊ alius ad literā ſumit vir-
gā. Mat. ergo vt quidā dicūt ꝑ virgā in-
telligit ſubſidiū temporaliū. Mar. vō ad
lr̄am accepit: q2 iudeorū doctores vgā in
ſignū doctrine ferre conſueuerūt. Amen.

In vigilia natiuitatis domini.

Textus euange. Matt. j. cap̄.

CUm eſſet deſponſata ma
ter Jeſu Maria Joſeph
anteq̄ cōuenirēt inuēta
eſt in vtero habēs de ſpi
ritu ſctō. Joſeph aūt vir
ei9 cū eſſet iuſt9 ⁊ nollet eā traduce-
re voluit occulte dimittere eā. Hec
aūt eo cogitāte: ecce angel9 dñi in
B ſomnis apparuit ei dicēs. Joſeph
fili dauid noli timere accipere ma-
riam cōiugem tuam. Quod enim i
ea natū eſt: de ſpiritu ſancto eſt. Pa
riet autem filium ⁊ vocabis nomen
eius ieſum. Jpſe enī ſaluum faciet
populum ſuum a peccatis eorum.

CUm eſſet deſponſata mater
Jeſu] Matt. j. Jn p̄ſenti euan-
gel. tanguntur tria pūcta: que
ſunt. Cōceptio: fluctuatio: re-
uelatio. ¶ Quantum ad pri-
mū ſciēdū eſt literaliter ꝙ ſm doctrinā.
.ſ. Tho. iij. part. q. xxix. art. ij. beata virgo
quādo cōcepit xp̄m erat deſpōſata ⁊ etiā
C domi habita q2 ſcz iam adduxerat eam
Joſeph ad domū ſuā. Aliter enī non fuiſ
ſet ſufficienter prouiſum fame eius. .ſ. ſi
nō fuiſſet tpe ſui ꝯceptus in domo ſpōſi
q2 ſm Chry. dedecus eſt puelle etiam de-
ſponſate in domo paterna concipere. S3
hic eſt duplex dubitatio. Prima quare
Chriſt9 voluit deſponſata naſci? Ad h c
reſpondetur. vt .ſ. feria quarta poſt te-
tiā dñicā. Scd̄a quare ſi erat iā in domo
ſpōſi non ꝯuenerat carnaliter. ad hoc dr̄ D
ꝙ mos fuit apud iudeos habere deſpon
ſatas ꝑ aliquot dies in domo ſponſi ac ſi
carnalē copulā. Jn his aūt diebus orōni
bus vacabāt: implorādo miſericordiam
dñi vt p3 Thob. viij. Res ergo ita acta
eſt. Maria enī voluit virginitatē deo. ſi ei
placeret: deinde ꝯmittēs ſe diuine diſpoſi
tiōi nupſit ⁊ ꝯſenſit in copulā ꝯiugalē ex
plicite: q̄ ꝯſiſtit in vinculo animorū ⁊ non
corporū. glo. inſti. de pa. po. § j. Jn carna-
lem aūt implicite ſi deo placeret. Un̄ fuit
ibi verū m̄rimoniū. vt p3 ꝑ .ſ. Tho. vbi
ſ. Deinde fuit ꝑ aliquos dies ī domo ſpōſi
in illis dieb9 an̄ carnalē copulā Joſeph
cognouit votū Marie: vt credit de vgini E
tate ſuāda ⁊ abſolute tunc vterq3 vouit.
Jpſe enī Joſeph tunc erat vgo: q2 nunq̄
credēdū eſt xp̄m matrē ꝯmēdare voluiſſe
niſi virgini. Deinde angel9 apparuit vgi
ni ⁊ cōcepit. Poſt cōceptū vō virgo fuit
cū Helizabeth. trib9 mēſib9 id̄ cū rediit
apparuit grauida. Dr̄ ergo [cū eſſet deſpō-
ſata] iam ⁊ ad domū ſpōſi adducta [mr̄
Jeſu]. i. ſaluatoris. [maria] que dr̄ ſtella
maris [Joſeph] q̄ fuit faber lignarius. Et
in hoc ſignificatur ſ3 Chry. ꝙ xp̄s ꝑ lignū
crucis ſaluaret mūdū [an̄q̄ ꝯuenirēt] car
nalr ſ3 Chry. q̄uis ꝯueniſſent in vna do
mo [inuēta eſt] .ſ. ab ipō Joſeph ſ3 Hier.
[in vtero hn̄s] i. grauida [de ſpū ſctō]. i.
vtute ſpūſſcti ſm Chry. Qui ſpūſſctūs in
cōceptiōe ſuppleuit locū maris. ¶ Pro
hoc nota ex doctrina .ſ. Th. iij. p. qō. xxxj.
ꝙ in femina triplex eſt ſanguis ſupflu9 in
individuo. ¶ Prim9 eſt ſanguis q̄ iā trāſi
uit in ſemen. Jſte eſt impfect9 in gn̄e ſe-
minū. vt dr̄ in lib. de gn̄atione aīalium.
Un̄ ad gn̄ationē nō reqrit nec de tali cō
cepit virgo. q2 iſte nō deducit ad matricē
ꝑ reſolutionē: niſi interueniēte concupi F
ſcentia. ¶ Alius eſt ſanguis mēſtru9 qui
eſt quoddā nature purgamētū ⁊ ꝑ ſingu
los mēſes emittit. Eſt aūt terti9 ſanguis
valde digeſt9. q̄ nō trāſiuit i ſemē: ⁊ tñ eſt
purgat9 ꝑ expulſionē mēſtrui. Jſtū natu-
ra p̄pat gn̄atiōi: ⁊ ex iſto ꝯcepit vgo ſpi-

ritufctō deducēte illū ad matricē:ſicut
in alijs deducitur p ſemen matris. ¶ Et
nota q tota trinitatis fecit iſtū effectū:
qꝛ indiuiſa ſunt opa trinitatis ad extra.
ſꝫ regulā Theologoꝝ. ſꝫ tñ attribuit ſpū
ſācto ſm .ſ. Tho. vbi. ſ. q. xxxij. Nā iſtaꝫ
incarnationē fecit deus ex bonitate: et
G natura humana eſt aſſumpta ex gratia.
ꝛ ad hoc facta eſt aſſumptio vt ille hō eſ
ſet ſanctus. ¶ Manifeſtū eſt aūt q boni
tas ꝛ grās attribuuntur ſpirituiſancto ꝛ
ſanctificatio ſit p ſpiritūſanctū. ¶ Item
nota q iſta ꝑpoſitio: de: importat efficiē
tiam ꝛ cōſubſtantialitatem ꝛ vtrūq cō
uenit ſpūiſctō reſpectu xpi ꝯſubſtātiali
tas qdē rōne pſone efficiētia vō ratione
nature aſſūpte: vt pꝫ vbi. ſ. Augu. tñ di
cit: q qñ vna diuina pſona nominat. ſ.
in reb9 ad extra de qbus loquit: tota tri
nitas intelligit. Uñ eſſe cōceptū de ſpū
ſancto. eſt eſſe ꝯceptū virtute dei. ¶ Eſt
aūt ſciendū q ſicut dicit beatus Hiero.
Heluidius hereticus q exiſtimauit bea
tā Mariā poſt xpꝫ mltos filios habuiſ
H ſe hūc ſumit argumentū: ſic arguēs. Si
maria ꝛ Joſeph nunq ꝯueniſſent euan
geliſta nō dixiſſet anteq cōueniret. Ad
hoc reſpōdet beatus Hiero. p diſtinctio
nē. Nā iſta dictio anteq importat ordi
nē ad futurum dupliciter. Uno mō rea
liter. vt ſi dico. Heri āteq veniret veſpe
ra pceſſit meridies. Sēſus ē eñi: q ꝑus
venit meridies: deinde veſpera. ¶ Alio
mō ſm rōnem vel intentionē: vt ſi dico
anteq rome pranderē in portu nauiga
ui ad africam. Nō eñ eſt ſenſus q poſt
nauigationē ad africam ſim pranſus Ro
me in portu: ſꝫ ſenſus eſt q intendebam
prādere ꝛ poccupatus ſum a vētis: ꝛ nō
prāſus nauigaui. Remigi9 aūt exponit:
anteq ꝯueniret ad ſolennez celebratio
nē nuptiarū ꝛ non anteq conuenirent
carnaliter. ꝛ ſic ceſſat obiectio.
¶ Moraliter iſtruimur q ſi abſtinent a
voluptatib9 corpalib9 ſicut iſta ſponſa
I q in domo mariti ſe ꝯtinebat/ꝯcipiūt de
ſpūſctō qꝛ pcipiūt in mēte delectationē
ſpūalem. ꝑs. Renuit ꝯſolari aīa mea .ſ.
ſenſualiter: ꝛ ſequitur memor fuit dei et
delectatus ſuꝫ. ¶ Quātū ad ſcdm dicit
[Joſeph aūt vir ei9 cū eſſet iuſt9 ꝛ nollet
eā traducere]. i. ꝑpalare ſꝫ gl. vel duce
re in ꝯiugiū ſꝫ Orig. [voluit occulte di
mittere eā.] ¶ Pro quo ſciēdū ē: q poſt
q maria regreſſa ē ab helizabeth poſt
tres mēſes: ioſeph vidēs eā turgido ven K
tre habuit argumēta iſolubilia ex vtra
q pte vt ita dicam. Ex vna eñ pte vide
bat vētrē ꝛ ſciebat ſe nō eſſe in cā: et q
ſpōſa fuerat abſens tāto tpe/ex alia vō
nouerat volūtatē vginis cū qua voue
rat vginitatez et ſm Chry. exiſtimabat
impoſſibile mariaꝫ cecidiſſe. Circa hoc
ergo ē triplex opinio. Quidā eñ vt Am
bro. ꝛ Aug. dicūt. q declinauit ad illam
ptē qua ſuſpicabat q Maria adulteraſ
ſet. ꝛ huic opinioni. s. Tho. i. iij. p. iij. q.
xxix. ar. ij. ad tertiū vr fauere. Sꝫ ꝯ hoc
ſtatim orit dubitatio. Si eñ ſuſpicabat
q eēt adultera: q̄uo erat iuſtus ſi nole
bat eā traducere. i. ꝑpalare ad hoc ſol
uit primo Chry. di. q euangeliſta nomi
nat eū iuſtū a iuſtitia legali vel gñali: q
dꝛ de omi vtute ita q iō dict9 eſt iuſtus L
qꝛ pius. nō aūt dict9 eſt iuſt9 a iuſtitia q
eſt virt9 cardinalis ꝛ ſpūalis. Scdo ſol
uit Aug. q iſtud pctm̄ erat occultum: ita
q ipſe ſol9 de hoc poterat aduertere: iō
nō erat publice denūtiāduꝫ. Tertio ſol
uit Raba. q iuſtus fuit i hoc q nolebat
ei cohabitare. ſꝫ pi9 in hoc q noluit eaꝫ
traducere. Quidā vō vt Orige. ꝛ Remi.
dicūt q declinauit ad aliaꝫ ptē: qꝛ sciēs
xpm de vgine naſciturū: ꝛ q maria eſſet
de ſemine dauid ꝛ tante ſctitatis credit
q eſſet iſta. iō indignū ſe reputauit ei9
cohabitatiōe vñ nolebat eaꝫ traducere
i. ad ſe ducere in ꝯiugē: ſꝫ volebat eaꝫ re
pudiare. Et huic opinioi. s. Tho: fauet
i. iiij. di. xxx. q. ij. ar. ij. ad vltimū. Quidaꝫ
vō dicūt q erat pplexus ꝛ hui9 ſuie vi
det eē Hiero. q ait. Hoc teſtimoniū ma M
ximū ex q ioſeph ſciēs ei9 caſtitatē ꝛ ad
mirās qd euenerat: celat ſilētio: cui9 my
ſteriū neſciebat. Hec ille. Mihi appet q
ſcdaꝫ opinionē deſtruat angel9 q volēs
ſuadere ioſeph ne timeret accipere eaꝫ
dicit q ꝯceperat de ſpūſctō. Hoc eñ fuiſ
ſet magis eū terrere ſi rōne ſanctitatis
eā deſerere volebat. Sꝫ nec eſt rōnabi
le q abſolute ꝛ certitudinaliter iudica
uerit eā eſſe adulterā cū ſciret vnā vgi



nē paritur am vt dicit Hie. ꝛ veriſilr poſ
ſet dubitare de iſta. Relinquit ergo ter
tia opinio vt vā. Et ſic ex humilitate no
lebat cohabitare tante ſanctitati ex vna
pte. vt di. s. Tho. in. iiij. ꝛ ex pietate nole
bat eā traducere. i. publice diffamare vt
idē dicit in. iij. par. Aug. aūt iuſſit eū non
A timere: ꝯ illā humilitatē: ꝛ dicit cōceptionē
fuiſſe ſanctā: ꝯ ſuſpitionē. Sꝫ quare vgo
fluctuāti ſecretum dei nō reuelauit? Rñ
det. b. Uin. q neſciebat ſi placeret deo et
firmiter credebat q deus hoc reuelaret
cū eēt oportunū: ſicut ꝛ fecit. Eſt aūt hoc
vnū euidēs ſignū q alicui9 reuelatiōes
a deo ſint: q eas non manifeſtat etiā vbi
videt oportunū: qꝛ ſunt cum humilitate.
¶ Moralr inſtruimur q qñ qs eſt pple
xus ſup alicui9 delicto: poti9 ad miam q
ad iuſtitiam declinādū eſt. Cum eñ ſunt
ptiū iura obſcura: reo fauēdū eſt potius
q actori extra de reg. iur. li. vj. Et primū
debem9 deū imitari q in pñti vita eſt ad
miam pnior. q ad iuſtitiā. ¶ Quātū ad
tertiū ſciēdū eſt q ſicut dicit Remigius.
B Si Joſeph cōſiliū ſuū pfeciſſet: oino bea
ta virgo fuiſſet aliquo mō infamata iō q
de9 ſtatim mutauit ei9 ꝯſiliū. Uñ dꝛ [Hec
aūt eo cogitāte] gl. i quo notat anim9 ſa
piētis q nil timere vult incipere. Hec illa
Chry. in homil. Notat et māſuetudo io
ſeph: qꝛ nulli enarrauit ſuā ſuſpitionem
neq ei q ſuſpecta erat: ſꝫ in ſe cogitabat
Hec ille. Sequit [ecce angel9 apparuit i
ſomnis ioſeph dicēs] tūc eñ aīa qetatis
ſenſib9 aptiorē ad pcipienda diuina. Et
in ſummo qdē nō habet vſus rōnis qtū
ad iudicare: eo q iudicium fiat per reſo
lutionē ad prima principia cognitiōis. i.
ad ſenſus qui tūc ligant oēs aūt qdā/ha
bet tñ tūc qtū ad pcipe. ¶ Eſt aūt notā
dū ſꝫ Chry. q angel9 nō apparuit ei ma
nifeſte: qꝛ erat valde fidelis. Paſtoribus
autem apparuit manifeſte quia indige
bant tanq rudes/ſicut ꝛ zacharias pro
C pter incredulitatē. ꝛ. b. virgo propter ea
q prima erat q de ſomnis rebus inſtrue
batur ꝛ iterum quia erat vera mater/nō
aūt Joſeph ver9 pater. ¶ Eſt aūt notan
dū pro dicto Chryſ. q ſm btm Diony. ad
diuinā puidētiā ptinet rerū naturā non
deſtruere ſꝫ ſaluare. Igitur deus vult na
turales ſuas opationes ꝛ ſuos effect9 ha
bere/nec pter illas aliquid facit ſine ne
ceſſitate/ꝛ vbi ille deficiūt/ipſe ſupplet/
qꝛ nec abūdat in ſupfluis/nec deficit in
neceſſarijs ſicut nec natura quā ipſe inſti
tuit. Nunq igit deus facit miracula. vbi D
vel qñ naturales cauſe producere ꝛ effi
cere poſſunt. aliq vbi qñ ꝛ quō de9 vult
illa pduci: ſed letat intueri creaturas fa
cientes ſuos effect9: ſicut nec prudēs rex
ſe intromittat de officijs ſubditoꝝ. niſi
vbi illi deficiūt. Silr etiā deus nō admo
net aliquez ſpālr vbi ſufficiūt ſcriptura
rū ꝛ ſctōꝝ monitiōes. neq oſidit viſionē
in ſomnis vbi ſufficit iſpiratio cordis: ne
q oſidit viſionē corporalē ꝛ ſenſibilē vbi
ſufficit imaginaria ꝛ i ſomnis: vt in ppo
ſito: nec facit duas vbi ſufficit vna. ſm il
lud Job. xxxiij. Semel loquit de9 et ſcdo
idipm nō repetit. ¶ Eſt etiā notandū q
ſicut credere faciliter ſomnijs leue eſt et
picloſuꝫ. ita ēt nimis tarde credere vbi
ꝯcurrūt ſigna bona de qb9 ſcti loquunt.
ꝛ de qb9 forte dicet in qōnib9 vr infide
litatis. vñ Chry. ꝯmēdat ioſeph: q credi
derit angelo apparēti i ſomnis: ꝛ zacha E
rias fuit punitus: qꝛ nō credidit angelo
apparēti tpe ſacrificij q ſignū erat bone
apparitionis. In hac tñ re gñalem regu
lā oib9 ſufficiētem dare credo impoſſibi
le: niſi q ſe qſq ſpūalis pris ꝯſilio humi
liter ꝯmittat. [Joſeph fili Dauid] iō Da
uid cōmemorat ſm Chryſ. qꝛ de xpo loq
volebat q promiſſus fuerat dauid. [Noli
timere accipere]. i. int9 retinere ſꝫ Chry.
qꝛ iā mēte dimiſſa erat. Uel ſm Rab. no
li timere accipe ad aſſiduā cohabitatio
nē [mariā coniugem tuā] ſm Amb. Ma
ria dicitur coniunx celebratione nuptia
rum: non corporum copulatione.
¶ Et nota ſm Chry. ſuper Mat. q tripli
ci cā angel9 appuit Joſeph. Primo ne in
iuſtus peccaret. Scdo ppt honorē marie.
Tertio vt diligētius ſe cuſtodiret ab illa F
q pri9. Apparuit tñ poſt ꝯceptionē virgi
nis nō añ: ſm eūdē: ne ioſeph dubitaret
ſicut ꝛ zacharias cū mai9 ſit vginē ꝯcipe
q ſterilē. [Qd eñ in ea natū eſt.] Nō di
cit de ea. qꝛ loquit de natiuitate in vtero
nō ex vtero [de ſpūſctō eſt]. Nā ſicut di
cit. s. Tho. ſup Mat. in ſemine maris eſt

ꝫti9 formatiua q̄ eſt in ſpiritib9: ⁊ deducit
materiā ad matricē ⁊ eā ibi fouet: ⁊ cor-
pulētā ſubſtantia. Spūſſctūs ergo tenuit
vicē ſeminis quo ad primū non aūt quo
ad ſcōm. Sꝫ quare nō dr̄ ſpūſſanctus pr̄
xpi? Rn̄det Aug. ꝙ etiā de hoīe aliq̄d na
G ſcit̄ qđ tn̄ nō ē hoīs fili9 vt vmis: ⁊ capil-
lus. Et intēdit Aug. ꝙ opꝫ filiū eſſe eiuſ-
dē nature cū pr̄e. Xp̄s ergo vt dicit. ſ. Th.
vbi. ſ. nō eſt fili9 ſpūſſcti q̄ ad naturā hu
manā cū nō ſit eiuſdē nature cum eo: nec
quo ad diuinā: q2 nihil accepit fili9 a ſpū
ſctō: ſꝫ bn̄ ecōuerſo. Sꝫ. iij. p. q. xxxij. aſſi-
gnat aliā rōnē. ſ. Th. d hoc dicēs. Qđ ali-
q̄d dr̄ de aliq̄ ſm ꝓpriā ⁊ pfectā rōnē nō
dꝫ dici ſꝫ ipfectā: ſicut q2 ſocrates eſt ꝑ-
pue hō nō dr̄ hō eo mō quo imago hoīs
dr̄ hō: etiaꝫ ſi ipē alteri hoī aſſimilet̄. Qr
ergo xp̄s ē fili9 dei vere ⁊ pfecte ⁊ ꝓprie
ꝑ eternā gn̄ationē nō dꝫ dici fili9 dei ſm
creationē vl' iuſtificationē i natura hūa-
na. Ideo ſoli9 eterni pr̄is eſt fili9. nō aūt
ſpūſſcti vel totius trinitatis. [pariet autē
filiū ⁊ vocabis:] ſꝫ Rab. nō dicit ipones
ſed vocabis: q2 impoſitū eſt hoc nomē a
deo [nomē ei9 ieſum] ſaluatoreꝫ. Nā ſm
Hier. ieſus hebreo ſermone ſaluator dr̄.
H vn̄ ſubdit̄ [ipē em̄ ſaluū faciet ppl'm ſuū]
i. populum ſanguine ſuo ſctificatū. ſ. xp̄ia
num: nō aūt ſuū. i. iudaicū: q̄ cōſueuerat
eſſe popul9 dn̄i. Nā dr̄ Daniel. ix. c. Nō
erit ei9 ppl's q̄ eū negatur9 ē [a pctis eoꝝ]
Ergo iſta ſal9 ſpūalis eſt: nec vnq̄ hacte
nus fuit talis ſaluator: ⁊ cōſequēter illud
nomē fuit nouū quātū ad ſignificatum.
⁋ Moral'r docemur ꝙ cū iuſt9 hō bono
fine mouet̄ ſi nō ſit p̄ceps ſꝫ deliberet ſe-
cum an bn̄ vel male faciat: nō deeſt ei di
uinum cōſilium quo retrahatur a malo.

In nocte natiuitatis dn̄i.

Textus euange. Luc. ca. ij.

Exijt edictū a ceſare augu
ſto vt deſcriberet̄ vniuer-
ſus orbis. Hec deſcriptio
I p̄ma facta eſt a p̄ſide ſyrie
cyrino. Et ibāt oēs vt ꝓfiterēt̄ ſin-
guli in ſuā ciuitatē. Aſcēdit aūt et
ioſeph a galilea ad ciuitatē nazar-
reth in iudeā ciuitatē dauid q̄ vo-
cat̄ bethleē: eo ꝙ eēt de domo ⁊ fa-
milia dauid: vt profiteret̄ cū maria
deſpōſata ſibi vxore p̄gnāte. Factū
eſt aūt cū eſſent ibi īpleti: ſunt dies
vt pareret. Et pepit filiū ſuū p̄mo-
genitū. Et pānis eū inuoluit: et re-
clinauit eū i p̄ſepio: q2 nō erat ei lo K
cus in diuerſorio. Et paſtores erāt
in regione eadē vigilantes ⁊ cuſto
diētes vigilias noctis ſupra gregē
ſuū. Et ecce angel9 dn̄i ſtetit iuxta
illos. ⁊ claritas dei circunfulſit il-
los. Et timuerūt timore magno. Et
dixit illis āgel9. Nolite timere. Ec-
ce em̄ euāgelizo vobis gaudiū ma
gnū qđ erit oī pplo: q2 nat9 eſt vo-
bis hodie ſaluator q̄ eſt xp̄s dn̄s in
ciuitate Dauid. Et hoc vobis ſi-
gnuꝫ. Inuenietis infantē pānis in
uolutū ⁊ poſitū i p̄ſepio. Et ſubito
facta eſt cuꝫ āgelo multitudo mili-
tie celeſtis laudātiū deū ⁊ dicētiū.
Gloria in altiſſimis deo: ⁊ in terra
pax hominibus bone voluntatis. L

Exijt edictū a ceſare auguſto]
Lu. ij. In p̄nti euangelio tan
guntur tria pūcta q̄ ſunt de-
ſcriptio: ꝓfeſſio: reuelatio.
⁋ Quātū ad primū l'ral'r añ-
q̄ veniam9 ad tex. ſciēdū eſt ꝙ ſꝫ chroni
cas ⁊ ſctōs: dn̄s ieſ9 nat9 ē ſub īꝑio augu
ſti ſub q̄ tāta fuit pax. xij. an. circa tp̄s na-
tiuitatis xp̄i. ſ. añ ⁊ poſt ꝙ ad l'ram vide-
bat̄ īpletū illud Eſa. ij. Cōflabūt gladios
ſuos in vomeres. Et i hac pace fecit edi-
ctū Auguſt9 vt orbis deſcriberet̄: mittēs
ꝑ vniuerſas regiones p̄poſitos gn̄ale ꝓ-
mulgās edictū: vt ciuitatū p̄ſides ad ſuā
p̄ntiā oēs ꝑtinētes ad ciuitates cōuoca-
rēt de caſtellis ⁊ villis ⁊ ꝙ quilibet ꝓ ca-
pite ſuo. i. ꝓ inſcriptiōe capitis ſui offer- M
ret argēteū numū p̄tij. x. numoꝝ vſualiū
⁊ romano īꝑio ꝓfiteret̄ et ore ſe eē ſubie-
ctū. Uoluit em̄ Auguſt9 ſcire numerū ꝓ-
uinciarū in orbe: ⁊ ciuitatū in ꝓuincijs: ⁊
capitū in ciuitatib9: vt. ſ. tributa honeſta
⁊ congrua imponerent̄: ſm aliquos: vel
forte humana curioſitate aut leuitate du
ctus. Huius autem ſubiectionis et hib-



tio dicta ē ꝓfeſſio q2 ſe ſubdictos profite
bant̄ hoīes imperio romano. Dicta ē et
deſcriptio: q2 ꝓfitentiū noīa ſcribebant̄.
Uoluit āt dn̄s naſci tp̄e talis pacis. Pri-
mo vt oñderet ſe pacē inter deuꝫ ⁊ hoīes
facturū. Scđo vt oñderet ſe pacē dilige-
A re. Tertio vt diſcipuli liberi9 poſſent per
orbē ad p̄dicandū diſcurrere. Lꝫ em̄ tp̄e
p̄dicationis eoꝝ nō eſſet tāta pax āplius
in flore: tn̄ remanebāt veſtigia eius. Iſta
ergo tāgit euāgeliſta breuiter. d. [Exijt
edictū]. i. ꝯſtitutio ſeu decretum [a ceſare
Auguſto] ceſar fuit prim9 roman9 imꝑa
tor a quo oēs romani imperatores ceſa
res ſunt appellati: ſicut quilibet rex egy-
pti Pharao. Auguſt9 aūt fuit Octauia-
nus ſic dict9 ſcđm Bed. ⁊ multos ab au
gēdo rēpublicā: vel forte veri9 ſm alios
ab augurio ſeu q̄dā diuinationis ſpecie
q̄ ꝑ volucrū guſtū antiq̄ diuinabāt: q̄ di-
cebat̄ auguſt9: q̄ſi auiū guſtus. Proijcie-
bāt em̄ auib9 eſcā cōtēplātes q̄d ⁊ qual'r
guſtarēt. [vt deſcriberet̄ vniuerſus orbis]
ſm gl. interlinearē inuenit̄ alius textus
B talis [vt' ꝓfiteret̄ vniuerſus orbis terre]
⁊ idē ſonat. Eſt aūt hic ꝑabole vel ſynec
doche: q2 nūq̄ vniuerſum orbem ſubiu-
garūt romani: ſm ꝙ dicit Hugo de ſctō
Iaco. ſꝫ maiorē ꝑtē tm̄. [Hec deſcriptio
p̄ma facta eſt a preſide Syrie cyrino] ſm
Bedā iſta deſcriptio p̄ia dr̄: vel q2 fuit
p̄ma vniuerſalis. Nā pticulares fuerunt
alie vt pꝫ de ea quā fecit Ioab ex p̄cepto
dauid. Uel ſm alios p̄ia oīm fctā eſt de
ſcriptio in ſyria q̄ eſt in medio mundi. ⁊
deinde ꝑ circuitū vſq̄ ad fines terrarūꝫ:
vel ſm mag. hiſto. q2 ſingulis annis fie-
bat hmōi deſcriptio poſt natiuitatē xp̄i
[⁊ ibāt oēs vt ꝓfiterent̄ ſinguli in ciuita-
tē ſuā] vbicūq̄ habitarent ſm magi. hiſt.
qđ intelligo dūmō eſſent in ꝓuicia. Et vt
dicit Bed. diuina ꝓuidētia factū ē vt. ſ.
dn̄s alibi ꝯceptus: ⁊ alibi nat9: incidiātis
herodis furorē facili9 euaderet. Uel ſm
Chry. vt impleret̄ ꝓphetia illa. Mic. v.
Et tu bethleē effrata puul9 eſt in milib9
C iuda. Ex te ei egredietur q̄ ſit dn̄ator in iſrl'
⁊ egreſſus ei9 a principio a diebus eterni
tatis. Uide infra in die epiph̄ie. [Aſcēdit
aūt ⁊ Ioſeph a galilea de ciuitate naza-
ret in iudeam ciuitatē] Nota ꝙ h̄ [illegible]
ſtat adiectiue: q2 dr̄ bethleem iudea ciui-
tas eo ꝙ in tribu ſit iude [Dauid] hoc dr̄
ſm grecū vt oñdat̄ cōpleta ꝓmiſſio fctā D
Dauid de fructu vētris ſui ſeſſuro ſuper
ſedē eius [q̄ vocat̄ bethleē] Aſcendit inq̄
Ioſeph [eo ꝙ eſſet de domo ⁊ familia da
uid vt ꝓfiteret̄ cū Maria deſpōſata ſibi
vxore p̄gnāte] Dubiū eſt aūt vtrū mulie-
res ꝓfiterent̄: ⁊ viſile eſt ꝙ nō btā tn̄ ma
ria ſm aliquos fuit vnica pr̄i ⁊ heres: et
cōſequēter habebat ꝓfiteri. Qđ ſi verum
eſt: ly cum maria referendum eſt ad ly
profiteretur: ⁊ non ly aſcendit.
⁋ Allegorice ex doctrina Bede Theo.
⁊ Ambro. ſciēdū eſt ꝙ Auguſtus eſt xp̄s.
Beda. Chriſtus vocabulū auguſti perfe
criſſime cōpleuit: vtpote ſuos ⁊ augere
deſyderans ⁊ augere ſufficiens. Hec ille.
Hic fecit edictum vt ſubuerſis vbiq̄ ter-
rarum culturis idolorum vbi regi chri-
ſto ſubiugato mundo omnes profiteant̄
in baptiſmate. Mar. vl. Qui crediderit
⁊ baptizatus fuerit ſaluus erit: qui vero
non crediderit condemnabitur. In hac
profeſſione fidei argenteus ⁊ nouus cen
ſus offerendus eſt. i. cenſus eccleſie: ſcđꝫ N
Ambro. Abolito cenſu veteri ſynagoge.
Et iſte ſenſus de quo loquitur Amb. eſt
cenſus iuſtitie que in noua lege eſt abun
dantior q̄ in veteri. Oportet autem ꝓfi-
teri in ſua ciuitate. i. ciuium vnitate q̄ eſt
eccleſia: ⁊ non in conuenticulis heretico
rum vel ſchiſmaticorum.
⁋ Anagogice vo ex doctria Bede ſciē
dum eſt: ꝙ ciuitas noſtra eſt ſuperna hie
ruſalem. Duas eniꝫ habemus ciuitates.
ſ. temporalem. i. eccleſiam militantem: et
eternā ſcilicet eccleſiam triumphantem.
Heb. xiij. Nō em̄ habemus hic manētē
ciuitatem. Ad hāc quotidie de galilea
q̄ interpretat̄ rota: ⁊ ſignificat mundanā
conuerſationē: debemus accedere ꝑ bo-
na opa et per ſpem ⁊ deſyderium: ⁊ tan-
dem offeremus deo cenſum. i. animam
noſtrā in qua eſt dei imago: quā tūc de9
pfecte poſſidebit ⁊ cōſequēter tanq̄ ve- O
rus dn̄s aſſumet nos in ſuā ꝓtectioneꝫ.
⁋ Moraliter ciuitas noſtra eſt vel mate
rialis eccl'ia vel ipa aīa noſtra. Ad hanc
quilibet ex volubilitate occupationū dꝫ
ſepe aſcēdere ⁊ ꝓfiteri. i. cōfiteri diuinaꝫ

bonitatē ⁊ ſuā iniq̄tatē:⁊ dʒ: offerre dena
rium.i.ꝓpoſitū faciēdi voluntatē dei:ſeu
offerre coꝛſnū. Hic aūt nūmꝰ [valet vir-
G tualiter obſeruantiā.x. preceptoꝝ legis.
¶ Quātū ad ſcōm dr̄]factū eſt autē cum
eſſent ibi:impleti ſunt dies vt pareret]
iſti dies ſunt diuerſimode a diuerſis aſſi
gnati. Nā ſm aliquos a creatione mūdi
vſq̄ ad xp̄i natiuitatē fluxerunt anni.vj.
milia. Iſta fuit opinio Methodij:ſed po
tius myſtice q̄ hiſtorialiter loquitur. Se
cundum alios vero.v.milia.ccxxviij. ſm
Euſebiuʒ vo ceſarieñ.in chronicis q̄nq̄
milia.⁊.cxcix. ſm Mag.vero hiſt.q̄ hoc
dicit eſſe ſm.lxx.interpretes.fluxerūt an-
ni.v.milia.⁊.cxcvj. Ab Abraā vero duo
milia.⁊.cxij. ſm hebreos tñ ſunt multo
pauciores. Et fuit ānꝰ.xlij.imperij.Aug.
ita tñ vt regno Augu.addamus duode-
cim annos q̄ fluxerūt a morte Julij ceſa-
ris vſq̄ ad atticū bellū. Fuit etiaʒ annus
xxx. Herodis. Et fuit nox dominice dei:
ſm Magr̄m hiſto. Et fuit ſolſtitium.hye
male ſm cōpotū. Et tūc ſm aliquos in-
H choata eſt etas.vj. ſm alios vo in baptiſ
mo xp̄i ⁊ ſm alios in paſſiōe. Sed queri
tur:quare xp̄s voluerit naſci nō alio ſed
tali tp̄e. Rn̄det ſm Greg.ꝙ voluit naſci
in predicto ſolſtitio qñ dies incipit cre-
ſcere⁊nox minui:ad ſignificādū ꝙ igno
rātie ⁊ peccatoꝝ tenebris effugatis:im-
pleret terra ſciētia dñi ⁊ operibꝰ virtu-
tū. Sed cōtra q2 ſolſtitiū p̄cedit natiuita
tē xp̄i ꝑ dies aliq̄s. Ad hoc dico ꝙ ſicut
ex cōpoto ptʒ ſol ſuuʒ curſum annualem
agit in.ccclxv.diebꝰ ⁊ fere ſex horis que
ſex hore de quarto in quartū annuʒ ſine
cōputatione reſeruate in quarto anno fa
ciunt vnā diē naturalem que dicit̄:biſſe-
xtilis:eo ꝙ bis ꝓnūtiamꝰ illo anno.vj.
Kal. Martij vbi interponit̄ illa dies:vel
q2 eſt ex biſſis momētoꝝ talis dies colle-
cta. Pro hoc aūt vide ꝯpotū. ¶ Sciēdū
eſt etiā rurſus ex eodeʒ ꝙ Joānes bapti-
I ſta in ſolſtitio natus eſt eſtiuali qñ icipie
bat deſcrecere dies ſicut ⁊ chriſtꝰ in hye
mali qñ creſcere incipiebat. Uñ dixit ip̄e
Joānes vt habet̄ Jo.iij. Jllū opʒ creſce-
re me aūt minui. Nūc vero retroceſſerūt
ſolſtitia:⁊ hoc q2 annus ſolaris nō com
pletur preciſe ꝑ.ccclxv.dies ⁊ ſex horas

ſed deficiunt octo momēta que ſunt quin
ta pars vniꝰ hore:⁊ ita in quinq̄ annis
erramꝰ in cōputando vna hora.⁊ in.cxx.
annis vna die. Et niſi veniat finis mūdi: K
vel corrigatur iſte error:adhuc feſtū na-
tiuitatis chriſti celebrabit̄ vbi nunc cele-
brat̄ feſtū Joānis baptiſte:⁊ econuerſo:
⁊ oīa feſta hyemalia erūt eſtiualia:⁊ ecō
uerſo. Secundum Bedā vero tunc na-
ſci voluit qñ mox natus ſenſus redderet̄
ceſari:vt ꝓpter liberationē noſtram ipſe
ſubderet̄ ſeruitio. Sed quare voluit naſci
in bethleē? Rn̄det.s.Tho.iij.p.q.xxxv.
arti.vij.dicens. Xp̄s in bethleeʒ naſci de
buit ⁊ voluit:vt ex loco natiuitatis pro-
miſſio facta Dauid de xp̄o oſtenderet̄ eſſe
cōpleta. Scd̄o q2 bethleē interpretat̄ do
mus panis ip̄e eñ eſt panis viuus. Ele-
git autē hieruſalem paſſioni:ſicut elegit
eam vt eſſet ſedes regni ⁊ ſacerdotij: Nā
regnum ⁊ ſacerdotium Chriſti precipue
ſunt in paſſione cōfirmata. Et vt confun L
dat eos q̄ de nobili ciuitate gloriant̄ ⁊ in
ea volunt honorari. Ip̄e eñ voluit in hu-
mili naſci ⁊ in glorioſa confundi ꝑ igno
miniā paſſionis. Nō aūt elegit romam
ne ecōuerſio mūdi aſcriberet̄ romanoꝝ
potentie:ſʒ tñ in ea poſuit caput eccleſie
ſue:in ſignū perfecte victorie ⁊ ſue poten
tie. Juxta illud Eſa.xxvj. Ciuitatem ſubli
mem hūiliabit.ſ.romā conculpabit eam
pes pauperis.ſ.xp̄i greſſus egenoꝝ.ſ.di-
ſcipuloꝝ eius. Hec ex.s.Tho.[⁊ peperit
filiū ſuū.] Lʒ eñ deꝰ ſit q̄ natꝰ eſt tñ vere
eſt filiꝰ virginis ⁊ ip̄a vere eſt mater dei.
vt ptʒ per.s.Tho.iij.par.q.xxv.[primo-
genitum.] Primogenitꝰ hic dicitur ſm
Hie. ⁊ Magiſtrū hiſto.nō poſt quē aliꝰ
natus eſt ſed ante quam nullus. Unde ⁊
Nu.iij.mandatur redimi primogenitus
poſt mēſem. Cōſtat aūt ꝙ tunc non pote
rat habere alium poſt ſe.[⁊ pānis eū in-
uoluit]ꝑ ſeip̄m ſine ioſeph ꝓpter reuerē
tiam ⁊ ſine obſtetricibus. Nā requirunt̄
obſtetrices ꝓpt̄ dolorē pariētis. Btā au
tē vgo ſine dolore pepit ſicut ⁊ ſine pctō M
cōcepit.vt patet.iij.q.iij. Uñ liber de in-
fantiā ſaluatoris q̄ aſſerit ibi fuiſſe mu-
lierculas nō eſt autēticꝰ:ſʒ apocriphus
Hieronymus. Nulla ibi obſtetrix nul-
la mulierculaꝝ ſedulitas interceſſit.
Hec ille.



Hec ille. ¶ Nota ꝙ pāni ſunt vile genꝰ
veſtimēti ſm aliquos:vñ pānoſus dicit̄
q̄ vilibus induit̄. Uidet̄ aūt ꝙ pannoſus
ſonet abundantiā panni:⁊ ꝓprie cōpetit
pauperibꝰ:q̄ ſimul cū nouis induūt vete
A ra ⁊ multiplr̄ reſarciata. Ideo hic Greg.
exclamat dī. O admirabilē coartationē
⁊ peregrinationē quā ſubijt q̄ cōtinet or-
bē. Ab initio captat penuriā vt eaʒ in ſe
ip̄o doceat. Numirum ſi voluiſſet venire
poterat in mouēdo celū:⁊ terrā cōcutiē-
do emittēs fulmina. Nō aūt ſic ꝓceſſit.
Nō eñ ꝑdere ſed ſaluare volebat:et ab
ip̄is primordijs humanā cōculcare ſuper-
biā:atq̄ iō nō tm̄ hō fit ſʒ etiā hō paup:
⁊ pauperē matrē elegit:q̄ caret his q̄bus
infantē natū reclinet. Hec ille[⁊ reclina-
uit eū i p̄ſepio.] Quō ibi fuerit p̄ſepe aſſi-
gnat magr̄ hiſto.q2 Joſeph illud fecerat
aſino ⁊ boui q̄s duxerat ſecū. Aſinuʒ q̄dē
ſm Nico:de ly.ad vehēdā ſpōſam. Bo
uē vo ad vēdēdū vt ex p̄tio faceret expen
ſas. Iſta tñ nō ſunt certa:ſʒ tñ perſuadet
ea Mag.hiſt. Primo ꝑ ꝓphetiā:maxie
Abach.iij. ſm ſeptuaginta interp̄tes vbi
dr̄. Dñe audiui auditū tuū ⁊ timui cōſide
B raui opa tua ⁊ expaui:in medio duū aia
liū inoteſceris. Et ſcd̄o ꝑ cōſuetudinē pi-
ctoꝝ q̄ ſic pingūt. Pictura eñ vniuerſal̄
tp̄e ⁊ loco.i.vniformis ſemꝑ ⁊ vbiq̄ facit
probabile argumentum q2 picture libri
ſunt idiotarū. ¶ Eſt aūt ſciēdū ꝙ multa
ſunt q̄ ſcripta nō legimꝰ:⁊ tñ certa ea te-
nemꝰ:q2 ab ātiq̄s ad iuniores ꝑ gn̄atio-
nes deuenerunt:vt ptʒ p̄cipue in formis
ſacramētoꝝ: ſm.s.Tho.in multis locis:⁊
tale q̄d fuit forte de iſto aſino ⁊ boue. Di-
cit aūt magr̄ hiſto.ꝙ fenū ſuꝑ quo iacuit
xp̄s tranſlatū dr̄:⁊ eſt rome in ſancta ma
ria maiori. Q2 vo xp̄s natus eſt ſaluo pu-
dore mr̄is:ita vētrē exiuit ſicut vitrū pe-
netrat radius ſolaris:ita ꝙ fuerunt duo
corpa ſimul. Poſuit antē ſe xp̄s mox na-
tus:vt q̄buſdā placet ſuꝑ nudā terrā añ
oculos mr̄is orātis ꝓp humilitatis ⁊ au-
C ſteritatis exēplū:[q2 nō erat ei locꝰ in di-
uerſorio]id eſt in hoſpitalaria ſm aliq̄s
a diuertēdo. Hoſpitiū eñ vocat̄ diuerſo
riū ſm ꝯſuetudinē ſcripture.vt ptʒ Geñ.
xcij.a diuertēdo. Uel ſm Magi.hi.diuer
ſoriū eſt locꝰ iter duas domos coopꝰtꝰ in

q̄ ꝯuenire ꝯſueuerāt ciues ad cōfabulan
dū. Idē vr̄ dicere glo. Be.vt dicat̄ diuer
ſoriū q2 diuerſa oſtia hēat.i.duas por-
tas: Quis Iſi.dicat ꝙ ſic dr̄:q2 diuerſi ad
illud ꝯueniāt ſiue ſm alios a diuertēdo.
q2 ſ.hoīes poſt viā illuc diuertāt:q̄d ideʒ
eſt. Sʒ reuera p̄ma expoſitio videt̄ rōna-
bilior:q2 ſi ſecūdo mō ſumat̄ diuerſoriuʒ D
vtiq̄ habuiſſet dñs locū i diuerſorio:vbi
ēt innumera manebāt. In hoſpitio aūt non
habuit locū ſm.s.Uin. Primo ꝓpter mul
titudinē nobiliū q̄ ad ꝓfitēdū cōuenerāt
cū illa ciuitas eſſet ornata nobilibus de
gñe Dauid. Scd̄o q2 tarde venerant vt
pote maria p̄gnāte. Tertio q2 erant pau
peres ⁊ hoſpitalarij libēter diuites reci-
piebāt. Poſſemus tñ dicere ꝙ cū diuer-
ſoriū a diuertēdo dictuʒ ſit ſignificat ho
ſpitiū ad q̄d diuertebāt peregrini:⁊ ꝙ ta
le reductū ad q̄d diuertebāt ciues:ēt di-
cebat̄ diuerſoriū ⁊ in vno habuerint lo-
cum imo in eo natꝰ eſt xp̄s:ſʒ nō in alio:
⁊ de hoc loquit̄ euāgeliſta. Uñ Nic.gor.
vult xp̄ʒ natū eſſe in diuerſorio. Et q̄d dr̄.
nō erat ei locus in diuerſorio:exponit ſic E
ꝙ nō erat locus in diuerſorio alius a pre
ſepio in quo reclinaret filiuʒ:⁊ ſic ſumit̄
diuerſoriū ſcd̄o modo. Sed tñ nota ꝙ cū
dr̄ xp̄s natus in diuerſorio ſcd̄o mō ſumi
tur diuerſoriū ꝑ quādā ſimilitudinem q2
natus eſt in ſcripta:⁊ nō in portticu inter
duas domos. ¶ Allegorice diuerſorium
mediū inter duas domos:eſt eccl̄ia me-
dia inter paradiſum ⁊ mundū vel infer-
num. In hac in p̄ſepio.i.in altari ponit̄
xp̄s in ſacramēto añ bouem ⁊ aſinū.i.iu-
deū ⁊ gētilē cōuerſum rñ:⁊ hoc vt hoīes
imitata beſtiali vita:nō feno voluptatis:
ſʒ pane celeſtis conſolationis paſcātur.
Cyril. Reperit xp̄s hoīem factum beſtia-
lē in aīa:⁊ iō in preſepio loco pabuli po-
nitur:vt vitā beſtialē mutantes ad conſo
nā hoī ꝑducamur ſciam:ꝑtingētes nō fe
nū ſed panē celeſtē vite corpus. Hec ille.
¶ Anagogice diuerſoriū in quo peregri
ni ꝯſummato ſuo curſu diuertūt:eſt vita
btā ⁊ in eo añ bouē ⁊ aſinū ponit̄ xp̄s in F
cibū ſempiternū. Significāt aūt iſta aīa
lia viros operatiuos ⁊ non doctos. Nō
enim docti ex hoc ꝙ docti ſaluantur:ſed
ex hoc ꝙ opatiui. Jaco.j. Eſtote factores

verbi ⁊ nō auditores tm̄. Et p bouē habē
tem arma inuaſiua intelliguntur poten-
tes: p aſinū vero minores. ¶ Moraliter
G aūt hic diuerſoriū ſignificat conſcientiā
ad quā quilibet recurrit poſt ſuas opera-
tiones. In hac q̄ operant̄ inueniunt xp̄z
cōſolantē ⁊ paſcētē. Nullꝰ eſt em̄ ita ma-
lus q̄n de bono ope gaudeat ſm̄ Phm.
⁊ multo magis bonꝰ gaudet. ¶ Morali-
ter etiā xp̄s voluit ſignificare multa ad
quoꝝ nos opationē conari debemus: q̄
Be. exprimit dicēs. Qui totū mundū va
rio veſtit ornatu: pannis vilibꝰ inuoluit̄
vt nos primam ſtolā pcipere valeamus.
Per quē omnia facta ſunt manꝰ pedeſq̄
aſtringit̄: vt nr̄e manꝰ ad opꝰ bonū extē
te: pedes ſint in viā pacis directi. Duri p̄
ſepis anguſtia cōtinet̄: cui celū ſedes: vt
nos p celeſtis regni gaudia dilatet. Qui
panis eſt angeloꝝ: in p̄ſepio reclinat̄: vt
nos q̄ſi ſctā aīalia carnis ſue frumēto re
ficiat. Qui aūt ad dexteram p̄ris ſedet in
diuerſorio loco eget: vt nobis in domo
p̄ris ſui multas māſiōes p̄pararet. Hec
ille. ¶ Quātū ad tertiū l̄r̄alr ſciēdū eſt q̄
H deꝰ in ipa hora natiuitatis xp̄i multa p di
uerſas p̄tes mūdi oñdit mirabilia. nā ſi
cut tradūt hiſt. in illa nocte vinee engad
di q̄ balſamū pducūt: fecerūt flores ⁊ fru
ctus ⁊ liquorē ptulerūt. Et ſilr iuxta Ja-
co. de vora. q̄uis aliqbꝰ ſit dubiū an intel
ligat̄ de pplo iudeoꝝ. Dicit btūs. Hier.
ſup illo vbo. Lux orta ē eis. q̄ in eadē no
cte oēs ſodomite mortui ſunt. Noluit eī
xp̄s tm̄ nefas impunitum manere in hu
mana natura: eo naſcēte in eadē. Itez ſi-
cut tradūt hiſtorie: romani pp magnam
pacē q̄ī mūdo fuerat tēplū pacis edifica
rūt: ⁊ rñſo accepto ab oraculo q̄ tūc rue-
ret cū virgo pareret: exiſtimātes impoſſi
bile v̄ginē parere poſſe poſuerūt titulū i
frōte eiꝰ tale. Tēplū pacis eternū. Sz in
eadē hora corruit: ⁊ mō ibi eſt eccl̄ia ſctē
marie noue. Itē rome [vt teſtat̄ Horoſiꝰ
⁊ Strabo] fons aq̄ in liquorē olei verſus
I eſt ⁊ vſq̄ in tyberim fluxit: ⁊ tota illa die
largiſſime emanauit. ſignificās romā fu
turā eſſe in qua ſedes eccl̄ie poneretur in
cuiꝰ medio fons eſt oleū diuine miſema-
nās. i. baptiſmꝰ. Itē [vt teſtat̄ Chry.] legit̄
in quibuſdā hiſtorijs q̄ tm̄ nō ſunt auten

tice: q̄ eadē hora magis ſm̄ quendam ri
tū orātibꝰ: ſtella hn̄s in ſe infantē cū cru
ce in frōte apparuit: ⁊ alloquēs eos mi- K
ſit in iudeā q̄rere ⁊ ſalutare nouum regē.
Itē eadē die [ſm̄ hiſt. ⁊ s. Tho. iij. parti.]
tres ſoles apparuerūt i hiſpania: q̄ pau-
latī i vnū ꝯuerſi ſunt ſignificātes diuini
tatē aīam ⁊ corpꝰ in vna ꝯueniſſe pſonā.
Itē [vt ait Inno. iij.] Octauianꝰ auguſtꝰ
intantū ſenatui placuit vt eū p deo cole-
re vellēt: q̄d prudēs imperator renereba-
tur: ſe mortalē itelligēs. Ad inſtātiā autē
ſenatꝰ vocata eſt ſibylla: vt ſciret̄ ſi poſt
eū aliq̄s maior futurꝰ eēt. Cū ergo in die
natiuitatis cōciliū ꝯuocaſſent: ⁊ ſibylla i
camera ſup hoc oraculis inſiſteret in me
dia die circulꝰ aureꝰ apparuit circa ſolē
⁊ i medio pulcerrima v̄go puerū geſtans
in gremio. Cūq̄ imperator ſibylla hoc mō
ſtrāte miraret̄: audiuit vocē dicētē. Hec
eſt ara celi. Et ſibylla ait. Hic maior te ē
hūc adora. Illa camera mō dicit̄ ſancta L
maria ara celi. Itē ſm̄ multos precipue.
s. Uin. ⁊ Nico. de ly. xp̄o exeunte v̄ginis
vterū: nox in claritatē diei ꝯuerſa eſt iu-
xta pphetiā pſ. Et nox ſicut dies illumi-
nabit̄. Et hoc videt̄ ꝯſonū his q̄ dicūtur
de apparitiōe angelica quā dei claritas
ꝯcomitata ē ⁊ multo magis circa loca vici
na ſoli iuſtitie ⁊ lumini gentiū lux ſubito
coruſcauit. Nā dicit̄ [⁊ paſtores erant in
regiōe eadē.] Diſtabāt em̄ p miliare ſm̄
Mag. hiſt. [vigilātes ⁊ cuſtodientes vigi
lias noctis ſup gregē ſuum.] Dicit magr̄
hiſto. q̄ mox antiquoꝝ fuit in vtroq̄ ſol-
ſtitio vigilare ad reuerētiā ſolis: ⁊ forte
hoc vſq̄ ad iudeos erat deriuatū ⁊ exten
ſuz. Sz q̄r hoc erat idololatrare. forte me
liꝰ dr̄ q̄ ppter pericula gregis vigilabant
vt videt̄ dicere textus. Et erāt viri ſimpli
ces ⁊ boni. Uñ ait Chry. Nō aūt āgelus
iuit hieroſolymā: non req̄ſiuit ſcribas et
phariſeos. Erāt em̄ corrupti ⁊ p̄ inuidia
cruciarent̄: ſz hi erāt ſcituri antiquā con
uerſationē patriarcharū ⁊ moyſi colētes
Eſt aūt ſemita q̄dā ad pphetiā pducēs M
innocētia. Hec ille. Uñ ſubdit [⁊ ecce āge
lus dn̄i ſtetit iuxta illos.] i. hoc in corpo
re aſſumpto [in hora natiuitatis xp̄i: vt
rōnabiliter credi pōt [⁊ claritas dei cir-
cumfulſit illos.] Dicit̄ claritas dei clari-



tas ſupernaturalis: ⁊ miraculoſa quam
deꝰ inuſitato modo pduxit. Et nota ſm̄
Bed. q̄ nūq̄ añ angeli cū luce apparuiſ
ſe legunt̄: q̄r hoc priuilegiū ſeruabat̄ illi
tpi q̄n exortum eſt lumē in tenebris. [⁊ ti
muerūt timore magno] q̄r naturalr̄ p̄ſen
tia angelica hunc pducit effectū in hoie:
A maxie cōcomitāte inuſitata luce. Sz an-
gelus bonꝰ talē timorē fugat ſm̄ Grecuz
s. Th. ⁊ alios ſanctos. ideo ſubdit̄: [⁊ di-
xit illis angelus: nolite timere ecce enim
euāgelizo]. i. annūtio [vobis gaudiū ma-
gnum q̄d erit oī pplo]. ſ. gētili ⁊ iudaico
[q̄r natus eſt vobis]. i. hoibus [hodie ſal
uator.] Dicit hodie: lz eēt nox: q̄r nox p̄s
eſt naturalis diei: vel q̄r illa nox in diem
conuerſa erat rōne claritatis: vel q̄r nun
tiabat ſolē exortū vel ſm̄ aliquos q̄r nū-
tiabat leta. Nā in triſtibꝰ cōſueuit noia-
ri nox: iuxta illud Matt. xxvij. Oēs vos
ſcādalū patiemini in me iſta nocte. Sz
quare hoc nūtiatū eſt paſtoribꝰ dicente
Paulo. j. Cor. ij. Sapientiā loquimur in-
ter pfectos? Ad hoc dicit Gorrā q̄ ſapiē
tiā ſubtili indagatiōe loq̄ nō debemꝰ ni
B ſi iter pfectos ſz ſecꝰ ſimplici narratiōe.
Xp̄s igit̄ ſuaz natiuitatē diuerſis diuerſi-
mode manifeſtauit: vt ſcribis ⁊ ſacerdo
tibꝰ p ſcripturā quā nouerāt magis v̄o
q̄ aſtrologi erāt p ſtellā: paſtoribus aūt q̄
quo ad vtrūq̄ erāt ignari: p apertā locu-
tionē. Hoc aūt fuit. Primo rōne innocē-
tie eoꝝ vt dicit Chry. Scd̄o ad approbā-
dū offm̄ paſtorale. Tertio ad oñdēdū q̄
natꝰ erat agnꝰ. Quarto ad oñdēdū q̄ na
tus erat paſtor: quā pditā q̄ſiturꝰ. Quin-
to ad oñdēdū q̄ ſpūales paſtores vigilā
tes p̄ ceteris merent̄ videre ſublimia. Sz
quare angelꝰ dixit illud gaudiū eſſe ma
gnū? Ad hoc dico q̄ eſt magnū intēſiue:
ita q̄ in vno apud recte ſentientē nō pōt
eſſe maius. Q̄r em̄ ſomnū deſideriū nr̄m
eſt aſſequi finē vltimū: id q̄d facit nobis
ipoſſibilitatē acq̄rēdi illū eſt maxie dolo
roſuz ⁊ penoſuz: puta clauſio celi: ⁊ icar-
C ceratio iferni: ⁊ ꝯſequēter id q̄d remouet
hoc malū opz eē maxie gaudioſuz. Eſt ēt
maximū extēſiue i ſurſum. Ber. Magnū
eſt hodierne feſtiuitatis gaudiū q̄ celuz
replet añq̄ terrā. Itē etiā in deorſum: q̄r
vſq̄ ad iferuū penetrauit: vt poſſimꝰ de

exñtibꝰ i lymbo dicere illd̄. Heſter. viij.
Judicis noua lux oriri viſa eſt. Et in latū
q̄r replet mūdū: q̄r eſt cōe oī pplo. i. gētili
⁊ iudaico: vt dictū eſt vt ꝯueniat ſingulis
de pplo vel oī pplo. i. eccl̄ie q̄ integrat̄ ex
oī pplo: vt exponit gor. Et i lōgū: q̄r a p̄n
cipio mūdi vſq̄ ad finē extēdit̄. Sicut em̄ D
nos letamur de nato: ita antiq̄ de naſci-
turo: iuxta illud. Jo. viij. Abraā exultauit
vt videret diem meū vidit ⁊ gauiſus eſt.
[Qui eſt xp̄s dn̄s] Sicut aūt dicit. s. Th.
iij. p. q. xvj. Jeſus ſignat naturā humanā: ſi-
cut deꝰ diuinā: ſed xp̄s ſignat vtrūq̄. ⁊ xp̄s
grece latine dr̄ vnctꝰ. Inungebant̄ aūt re
ges ⁊ pōtifices: iō xp̄s tanq̄ rex ⁊ pōtifex
inūctꝰ eſt a deo ſm̄ hūanitatē plenitudi
ne gr̄e ⁊ charitatis que dr̄ vnctio. j. Jo. ij.
Unctio docet vos [i ciuitate dauid]. i. be-
thleē. vñ ortus eſt dauid. [⁊ hoc vobis ſi-
gnū] ſupple eſt vel erit q̄ ſcietis ita eſſe vt
dico] inuenietis infantē pānis iuolutū et
poſitū in p̄ſepio.] Per hoc ſignuz voluit
angelꝰ innuere paſtoribꝰ q̄ xp̄s nō vene
rat ad tpaliter regnādū. vt ſcribe ⁊ pha-
riſei expectabāt: vel pōt dici q̄d hoc fuit
ppriū ſignū ſaluatoris nati. ¶ Ad cuius E
huc indigerēt di. [Queretis me ⁊ nō in-
uenietis.] Chry. S3 vbi q̄ſierunt eū iu-
dei. Dicit Luc. q̄n plāgebāt mulieres ſu
per eū. Probabile aūt eſt ⁊ multos alios.
hoc poſitos eſſe ⁊ p̄cipue cū ciuitas cape
ret eos meminiſſe xp̄i ⁊ miraculoꝝ ei9 ⁊
p̄ſītiam ei9 q̄rere. Hec ille. a paſſiōe en̄
xp̄i vſq̄ ad deſtructionē illi9 p̄p̄li p Ve-
ſpaſianū ⁊ Titū nō fuerunt niſi. xlij. anni
vn̄ ſuperant multi hn̄tes de xp̄o memo-
riā ⁊ cogitātes p̄pter mortē Jeſu deſola
tā ciuitatē hierl̄m ⁊ ſic q̄ſierūt ei9 p̄ſītiā
corporalē. i. deſiderauerunt: vel ſaltē ei9
adiutorium ⁊ nō inuenerūt Aug. autē di
cit ꝙ queſierunt eū poſt reſurrectionem
cōpūcti: vn̄ dicebāt. Quid faciem9. Vide
rūt en̄ xp̄m ſuo ſcelere moriētē ⁊ credide
rūt in xp̄m ſuis ſcelerib9 ignoſcētē: quo-
uſq̄ biberūt ſanguinem quē fuderunt de
B ſua ſalute deſperauerūt. Hec ille. Et tūc
op3 dicere ꝙ inuenerūt q̄d ē eū per grām
ſed nō p corporalē p̄ſītiā quā q̄rebant. i.
deſiderabāt: ſicut dicit Magr̄ hiſt. [Et
vbi ego ſum vos non poteſtis venire.]
Sed q̄re nō dixit q̄ vado nō poteſtis ve
nire q̄d videbat ꝯuenienti9 dici ad hoc
dicit Aug. ꝙ xp̄s ſic ad nos venit miſſus
p incarnationē ⁊ hūanitatē ꝙ tn̄ patre3
nō reliquit ſm deitatē. Sic r̄ēt ſic ibat ad
patrē etiā ſm hūanitatē ꝙ apud eū erat
per deitatē. Ibi ergo erat quo ibat: l3 di-
uerſimode: iō dixit vbi ſum. Vel ſ3 Chr.
ſic dicit: q̄ ipſe ibat vltimate p mortē ad
vitā etiā corporalē glorioſiorem. Jā ergo
habebat illud ad q̄d p mortē ibat: l3 nō
ita perfecte. Dicit aūt ſm Aug. non pote
ſtis. nō aūt nō poteritis: vt intelligat ꝙ
tales quales erant in p̄ſenti: ad deum ire
C neq̄bāt: cū eſſent iniuſti. Vel ſm mētem
Chry. q̄ l3 poſſent mori nō tn̄ reſurgere
Vn̄ ait. Si Chriſt9 in morte maneret: poſ
ſent ad illū ire. Illud en̄ oēs ibim9. Hec
ille. ¶ In hac p̄te eſt morale documētu3
vt qui tp̄s h3 nō p̄dat illud expectando
aliud q̄ interdū querit dn̄s ⁊ nō inueni
nit: q̄ ſ. ipſe nō querit p̄fecte: vt maxime
accidit ſero penitentib9 deo p̄mittente.
Multi en̄ querūt xp̄m ſ3 nō inueniunt
q̄ nō debito mō ⁊ tp̄e querūt. aliqui en̄
querūt eū vbi nō eſt: de quibus pōt intel D
ligi illud Job. xxviij. Nō inuenit inter-
ra ſuauiter viuentiū: quo ad delitioſos:
abyſſus dicit nō eſt in me: quo ad aua-
ros: ⁊ male loquit: nō eſt mecū quo ad tu
midos ⁊ ſupbos. aliq̄ aūt inueniūt. de q̄-
bus Luc. v. Inuenietis infantē q̄ ad hūi-
les pānis inuolutū: q̄ ad paupes poſitū
in p̄ſepio q̄ ad dure corpus ſuū macerā-
tes. Et in iſtis q̄rere debem9 illū dū poſ-
ſum9 iuxta illud Eſa. lv. Querite dn̄3 dū
inueniri pōt. ¶ Quātū ad ſcd̄m tāgitur
admiratio ſeu ſtupefactio iudeorum. in
his en̄ verbis xp̄i ⁊ in ſequentib9 tantū
fuerunt oēs ſtupefacti ꝙ miniſtri ſine eo
reuerſi ſunt. Et vt dicit. b. Joā querētib9
pōtificibus ⁊ phariſeis cur eū nō duxiſ-
ſent. dixerunt. Nunq̄ꝫ ſic locutus eſt hō
ſicut hic loquit. Dicit ergo. [Dixerūt er
go iudei ad ſemetipſos] ſermonem. ſ. dei
admirātes ⁊ nō intelligētes: ⁊ tn̄ credē- E
tes illum eſſe verū. Chryſ. Jā en̄ irā ſub-
miſerāt ⁊ his q̄ dicta erāt credebāt. Ne-
quaq̄ꝫ en̄ niſi crediſſent queſiſſent ad
ſeipſos: q̄s eſt hic ſermo. Hec ille. [Quo
hic itur9 eſt q̄ nō inueniemus eū?] Et in
ira ſe arguebāt ꝙ vellet iudeā deſerere ⁊
ire p̄dicatū gētilib9: vn̄ ſubdit. [Nunq̄d
in diſperſionē gentiū]. i. ad gētiles diſp̄-
ſos p orbē] itur9 eſt ⁊ doctur9 gētes. Si-
cut aūt dicit Chryſ. iudei in vnū collecti
regnū opprobrioſe gētiles diſperſos di-
cebāt: ſ3 opprobriū poſtmodū ipſi ſubſti
nuerūt eis vbiq̄ diſp̄ſis ⁊ oib9 filijs dei
ex gētib9 collectis ad eccleſie ⁊ fidei vni
tatē. [Quis eſt]. i. q̄d ſignificat [hic ſermo
quē dixit: queretis me ⁊ nō inuenietis ⁊
vbi ſum ego: vos nō poteſtis venire] q̄ſi
dicerēt. Hoc nullo mō poſſum9 itellige F
re. L3 en̄ illa verba q̄retis me ⁊ nō inue-
nietis: illū ſenſū p̄tēderēt vt gētiles xp̄s
adiret: tn̄ hūc intellectū excludebāt q̄ ſe-
quunt ⁊ vbi ego ſum ⁊c. ¶ In hac p̄te do
cumentū l̄rale ꝙ deo valde ſum9 obliga
ti: q̄ nos ex p̄dicto opprobrio liberauit
vocādo ab idololatria. Q̄d Dauid p̄ui-

dens in ſpiritu ait. Laudate.i.laudabitis
dn̄m oēs gētes:laudate eū oēs ppl'i. Qm̄
cōfirmata eſt ſup nos mia ⁊c. Prophete
eīn ſepiſſime de futuris loquunt̄ ꝑ modū
G pꝰtis ꝓp certitudinē ꝓphetie. ¶ Quātū
ad tertiū tāgit̄ inuitatio quā xp̄s fecit ad
ſequēdū:ſe cū dr̄ [In nouiſſimo autē die
magno feſtiuitatis]. Ubi aduertēdū eſt
ꝙ q̄ dn̄t iſta cōtigiſſe in dieb⁹ paſſiōis q̄
dctā ſūt:hn̄t dicere. ꝙ hic nō loquit̄ euā
geliſta de ſolēnitate ſcenophegie:ſed de
alia:ꝙ̄ fingere nō eſt facile. Et iō melius
eſt vt dicat̄ ꝙ p̄dicta nō fuerūt anticipa-
tiue dicta quicq̄d ſit de hiſtoria adultere
mulieris. Loquit̄ ergo Joānes de feſtiui
tate ſcenophegie.i.tabernaculoꝝ:q̄.vij.
dieb⁹ agebat̄ ſꝫ p̄ma ⁊ vltima erant cele
berrime:⁊ i die octaua erat feſtū cet⁹ vl'
collecte qđ erat ſolēniſſimū. [In nouiſſi
mo ergo die.i.ſeptio vl' octauo [magno]
i.celebri [ſtabat Jeſus].i.ſup pedes vt ab
oib⁹ videret̄. Dicit aūt.s.Tho. ꝙ xp̄s di-
ſciplos ſuos docuit ſedēs. Mat.v. ſꝫ tur-
bas docuit ſtās:vt hic. Et iō inq̄t inole-
uit ꝯſuetudo vt turbis ſtādo p̄dicet̄:⁊ cle
H ro ſedēdo. q: p̄dicatio ad turbas ē ꝑ mo-
dū exhortatiōis ad eas ꝯuertēdas:ſꝫ ad
clerū ē vt ad iā exn̄tes i domo dn̄i ꝑ mo-
dū ꝯmemoratiōis. [Et clamabat] q: mul
ta aſtabat turba ſm Chry. Theo. Clama-
bat ſil'r vt audibilis fieret atq; vt ꝯfidētiaꝫ
largiret̄:⁊ q: neminē formidabat. Hec il
le. ¶ Sꝫ q̄reiſta ñ clamauit an̄ finē ſolen
nitatis. R̄ndet Chry. q: i fine erat diſpō-
tes ad v̄bū dei ſuſcipiendū. medios eīn
dies magis ad voluptatē ꝯſumebāt:⁊ de
ꝯceptu v̄bū ꝑ vanitates ſeq̄ntiū dieꝝ de
cordib⁹ aboleret̄ vt dr̄.ſ.tho. [Di. Si q̄s ſi
tit] ſpūal'r ſꝫ Chr.i.ſi q̄s deſyderat ſalutē
⁊ doctrinam ſalubrē [veniat ad me ⁊ bi-
bat] q: vtrūq; exhibeo credētib⁹ i me ⁊ ñ
ſolū ad ſufficiētiā:ſꝫ ēt ad redūdātiā ad
alios: Un̄ ſequit̄ [Qui credit i me ſicut dr̄
ſcriptura].i.eo mō q̄ ſcriptura docet vt i
me credat̄.ſ.tāq; in xp̄ꝫ ⁊ naturalē filium
I dei. Eſt aūt hic pūctuādū ſm Chryſ. q: ſi
volum⁹ pūctuare ibi. q̄ credit in me erit
falſum. Nuſq; eīn inuenies i ſcriptura id
qđ ſequit̄ [flumina de vētre ei⁹ fluent] ad
alios.ſ.ꝑ redundātiā: q: credēs in xp̄m ⁊
lumine fidei illuminat primū q̄ ad intel
lectū docēdo ⁊ ardore charitatꝫ iſlāmat̄
q̄ ad effectū exhortādo [aq̄ viue].i.ſapien
tie diuine ⁊ diuini amoris. Utrūq; eīn
hoꝝ dr̄ aq̄: q: mitigat ardorē vanitatum
⁊ dr̄ viua: q: cōiungit ſuo p̄ncipio.i.deo: K
ſꝫ diuerſimode. Dr̄ eīn aq̄ viua que cōti-
nuat̄ cū ſuo fonte ⁊ p̄ncipio a quo fluit.
Greg. Cū a mēte fideliū ſctē p̄dicationes
defluūt:quaſi de vētre credentiū aq̄ viue
flumina decurrūt. Hec ille. Scđm Hier.
aūt ꝓlo. ſup Gen̄. poſſum⁹ pūctuare al'r:
⁊ dicere ꝙ iſtud ſumptū eſt de ꝓuerbijs
v.c. vbi dr̄. Deriuent̄ fontes tui foras. Ex
ponit aūt euāgeliſta ſm Aug. ad quē po-
tū inuitauerit xp̄s cū ſubdit̄. [Hoc autē
dicit de ſpū].ſ.ſctō [quem recepturi erāt
credētes i eū] in tanta.ſ.copia vt inde de
riuare ad alios poſſit:nō ꝑ modū riuuli
vel vnius tm̄ fluminis:ſed multorum. Lꝫ
eīn añ fuerit ſpūſſctūs dat⁹ multis nō tñ
eo mō quo dat⁹ eſt ap'lis poſt xp̄i aſcen-
ſionē:vt Aug dicit. Nā tūc ⁊ copioſior ⁊
viſibil'r datus eſt. Uide de hoc.s.Tho.i.
di.xv.⁊.xvi. Dicit autē idem hic ſic. Qui
aquā corporalē bibit nec fluuiū hꝫ in ſe
nec fontē vñ flumia ꝓcedūt: q: particu-
lā aq̄ guſtat. Sꝫ q̄ bibit credēdo in xp̄m L
hauriet fontē aque:⁊ in vētre.i.ꝯſcia ei⁹
fit fons ſm illud Joā iiij. Qui biberit ex
aqua quā ego dabo ⁊c. Hic aūt fons eſt
ſpūſſctūs. de quo in p̄s. Apud te eſt fons
vite. Si q̄s ergo ſic biberit vt ſibi ſoli ſuf-
ficiat:de ventre ei⁹ flumina.i.dona ſpūſ-
ſcti nō fluūt:ſꝫ fluūt de vētre eius. q̄ feſti-
nāt recepta dona cōicare ꝓximis. Un̄.i.
Pe.c.iiij. Unuſq̄ſq; ſicut accepit grām in
alterutrū ⁊c. Dicunt̄ āt hec dona flumia.
Prio ꝓpter abūdātiā ſpūſſcti ꝓmiſſam
fidelib⁹. p̄s. Flumē dei repletū eſt aq̄s: et
ſcđo ꝓpter eorum impetū. Eſa.xxvi. Qui
egredient̄ impetu a Jacob. ⁊ Tertio ꝓpt
diuiſionē.i.Cori.xij. Alij grā linguaꝝ ⁊c.
Hec ille. ¶ In hac pte eſt documētū mo
rale ꝙ q̄ bibūt aquā ſpūſſcti: cōtinue ali-
q̄d boni opant̄:⁊ otioſitas eſt ſiccitatis
indiciū. Chry. Uiuentē aquam xp̄s dicit
agentē ſemꝑ. Spūs eīn grā cum in mētē
intrauerit:⁊ firmata fuerit:⁊ omni fonte M
magis manat ⁊ nec deficit:nec euacuat̄
neq; ſtat. Uide q̄s vtiq; hoc ad ſapiētiaꝫ.
Stephani:ad Petri linguam:ad Pauli
fluxū inſpiciēs. Nihil eīn eos detinebat
ſꝫ ſicut flumina multo impetu delata: oīa
ſecū trahētes abibāt. Hec ille. Eſt etiam
aliud vt.ſ. q̄ſq; audiat vocē xp̄i inuitātis
ad potū grē ſue:vt colligit̄ ex ſcripturis:
ille pot⁹ ⁊ guſt⁹ eſt tāte virtutis ꝙ extin-
guit oēm ſitim mūdanā. Nā extinxit in
A magdalena ſitiꝫ luxurie: i Mattheo aua
ritie: in Paulo ſuperbie et iracundie: in
Joāne ⁊ Jacobo amorē terrenū ⁊ dome
ſticū ⁊ ꝓpriū: q: reliquerūt rhetia ⁊ prēꝫ
⁊ ſe ꝑſos: ſequēdo.ſ.xp̄m ⁊ nō ſuas volū
tates. Eſt etiam tāte ſuauitatis ꝙ oīa tor
mēta vertit in dulcedinē. Nam propter
hoc lapides fuerunt dulces ſtephano:
crux Andree: ignis Laurētio: apoſtolis
verbera ⁊ contumelie. Act.iiij. Ibant ⁊c.
Eſt etiā tante dulcedinis ꝙ aīm a terre-
nis ad celeſtia trahit. In cui⁹ ſignū Pe-
trus in monte tabor guſtata vna gutta:
ſtatim quaſi ebrius neſciens q̄d diceret
voluit in eternū eſſe in illo mōte dicens.
Domine bonum eſt ⁊c.

Feria.iij. poſt dn̄i. de paſſione.

Textus euan. Jo.c.vij.

Ambulabat Jeſus i ga
lileā: nō eīn volebat in
B iudeā ambulare: quia
q̄rebāt eū iudei interfi
cere. Erat aūt i primo
dies feſt⁹ iudeoꝝ ſcenophegia. Di
xerūt aūt ad eū fratres ei⁹. Tranſi
hinc ⁊ vade in iudeā:vt ⁊ diſcipuli
tui videant opa tua q̄ facis. Nemo
q̄ppe in occulto aliq̄d facit ⁊ q̄rit
ipſe in palam eſſe. Si hec facis ma
nifeſta teipſum mūdo. Neq; eīn fra
tres ei⁹ credebant in eū. Dicit ergo
eis Jeſus. Tp̄s meū nōdum adue
nit: tp̄s aūt veſtrū ſemꝑ ē paratū.
Non pōt mundus odiſſe vos. Me
aūt odit: q: ego teſtimonium perhi
C beo de illo: q: opera ei⁹ mala ſunt.
Uos aſcēdite ad diē feſtū hūc: ego
aūt nō aſcendā ad diē feſtū iſtū: q:
tp̄s meū nōdū impletū eſt. Hec cū
dixiſſet ipſe māſit in galilea. Ut āt
aſcenderūt fratres eius: tunc ⁊ ip̄e
aſcēdit ad diē feſtuꝫ nō manifeſte:
ſꝫ quaſi in occulto. Judei ergo q̄re
bāt euꝫ in die feſto:⁊ dicebāt. Ubi
eſt ille? Et murmur multus erat de D
eo in turba. Quidā eīn dicebāt: q:
bon⁹ eſt: alij aūt dicebāt nō ſꝫ ſedu
cit turbas. Nemo tñ palaꝫ loq̄bat̄
de illo propter metum iudeorum.

Ambulabat Jeſus i galileā
⁊c.] Jo.vij. In p̄ſenti euange-
lio tāgunt̄ tria pūcta q̄ ſunt
Inuitatio Excuſatio ⁊ Oc
cultatio. ¶ Quātū ad p̄mū
tangitur q̄uo fratres chriſti illum inui-
tauerunt ad feſtum. Dicitur ergo. [Am-
bulabat Jeſus in galileaꝫ].i.per galileā
quam predicando peragrabat. [Nō eīn
volebat in iudeam ambulare.] Eſt autē
iudea vt dicit Beda regio paleſtine ſi-
cut ⁊ galilea: dicta a tribu iuda: q: ſuis etiā
terram includeret beniamin. Galilea ve
ro ſm eundē dicta eſt: q: lacteum.i.can-
didum populum gignat. Gala eniꝫ gre- E
ce: latine lac dr̄. Un̄ ⁊ galatia dicit̄ circu-
lus lacte⁹ in celo q̄ vulgo dr̄ via ſcti Ja-
cobi [q: querebāt eā iudei interficere] q:
ſoluebat ſabbatū:⁊ patrē ſuum dicebat
deum: vt ptꝫ Jo.v. Sed quare fugit per-
ſecutores ſuos cū ſecur⁹ potuiſſet eſſe in-
ter eos ſi voluiſſet? Ad hoc dr̄ ꝙ id fecit.
Primo ſm Aug. [ne ſanctis q̄ tēpore ꝑſe
cutionū ſe abſconſuri erāt ꝓ culpa obij-
ceret̄ latibulū. Scđo ſm Chryſo. vt ſe ho
minē oſtēderet latitādo ⁊ deum ſecure ſe
pn̄tādo. Si autē continue inter ꝑſecuto-
res maneret illeſus ſic fuiſſet diuinitas
credita quod hūanitas decredita fuiſſet
Et iō fugiēs vt hō: affirmat ſuā humani-
tatē. Et iō Chryſ. hꝫ aliā lr̄am.ſ. [Nō eīn
habebat ptātē ſi vellet in iudeam ambu-
lare] qđ: ſm modū humanū dr̄ ſicut ſi di- F
cat ꝙ aliq̄s nō pōt aliq̄ ire ſi vellet ꝓpt
inſidias. Tertio ſm Theo. q: nondū tp̄s
paſſiōis erat:⁊ vanū putabat ꝑmanēdo
inter inimicos eos magis inflammare.
[Erat aūt in primo dies feſt⁹ iudeoꝝ ſce
nophegia].i.feſtum tabernaculoꝝ. Eſt
aūt ſcenophegia grecū ſm.s.Tho. a ſce-

nos qđ eſt vmbraculum: ⁊ phagin qđ eſt
comedere: q2 ſeptē diebus comedebāt in
vmbraculis in memoria bn̄ficiorꝫ q̄ dn̄s
iſraeli ꝯtulit in deſerto [Dixerūt autē ad
B eū fr̄es ei9. [Iſti nō fuerūt filij marie vel
Joſeph ex alia vxore: vt habes feria.iiij.
poſt.iij.dn̄icam aduentus: necꝫ etiā fue
rūt cognati ſui ꝯſanguinei xp̄i ad eplatū
vocati q2 apoſtoli credebāt in eū. iſti ꝟo
nō. vt hic dꝛ Chry. tamē dicit inter iſtos
fuiſſe Jacobū ⁊ Judā: ſed.s.Tho. ⁊ alij
ſancti exponunt de remotis cognatis q̄
diſcipuli non erāt chriſti. Erant ergo de
ei9 cognatiōe ⁊ tn̄ nō erāt diſcipuli. Cō
ſueuit aūt ſcriptura cognatos fratres ap
pellare [tranſi hinc ⁊ vade in iudeā].i.
hierl'm metropolim iudee. Hortanī aūt
eū ad hoc. Primo ſm bedā ex inani gloria:
q2 volebant eū: ⁊ ſeipſos ꝑ eū in vrbe re
gia magnificari. Scđo ſm Chry. ex icre
dulitate: ⁊ vtraꝗ cā innuit in textu cum
ſubdit [Ut ⁊ diſcipuli tui] nō ipſi duode
cim: ſed alij quorū multi erant in iudea
ſm Bedā [videant opera tua].i. miracu
la q̄ facis vt ſi fuerint vera approbent: et
inde gloriā ꝯſequaris [Nemo q̄ppe in
occulto aliq̄d facit: ⁊ q̄rit ipſe in palā].i.
H in publico [eſſe]. Et in hoc ſm Chry. no
tant ipm̄ xp̄m inanē gloriā ex miraculis
q̄rere ⁊ tn̄ timidū eſſe: ⁊ etiam ſm Augu.
notāt: ſe eādē appetere [ſi hec facis] vere
[manifeſta teipm̄ mundo].i. fac ea corā
p̄ncipib9 ⁊ p̄ncipalibus ppl'i in hierl'm
vbi poſſint diſcuti: ⁊ non facias in angu
lis. Et in hoc notaī eorum incredulitas
Un̄ ſubdiī: [necꝫ enim fratres eius crede
bant in eū] Augu. Jeſum eñ conſangui
neū potuerūt habere: credere aūt in eum
ipſa propinquitate faſtidierūt. Hec ille.
¶ In hac parte eſt l'rale documentū ꝙ
euangeliſte plena ⁊ ſincera veritate xp̄i
facta narrauerūt Chry. Dignū eſt autem
mirari euangeliſtarū morē ꝟitatis amicū
qualr̄ nō verecundantur dicere ea q̄ ma
giſtro videnī ferre iniuriā: ſed hec ma
xime ſtuduerunt enūtiare. Nō paruam
habet detractationē ꝙ fratres ei nō cre
debant. Et videtur quidem initium ver
borꝫ quaſi amicorꝫ eſſe: multe aūt amari
tudinis erant q̄ dicebāt: q2 ⁊ de formidi
ne ⁊ de amore glorie eum notāt. hec ille.

¶ Allegorice autē q2 galilea interpretaī
traſmigratio ſiue volubilis: ſignificat p̄
ſentē vitā in qua xp̄s multo tp̄e cū diſci
pulis ambulauit: nolēs in iudeā.i. in ter
ram confitentiū ſiue laudes exoluentiū dn̄o K
ambulare.i. ad patriam deinde ꝟo aſcē
dit in iudeā interueniēte morte ⁊ in ba
culo crucis tranſiuit iordanē. Et deinde
apparuit diſcipulis in galilea.i. in hoc
mūdo: ſed p̄cedēs eos.i. immortalis exi
ſtēs cū omni poteſtate in celo ⁊ in terra.
¶ Quātū ad ſcđ3 tāgitur excuſatio quā
fecit xp̄s cū dꝛ. [Dicit ergo ieſus] Chryſ.
Chriſt9 māſuete eis r̄ndit: docēs nos nō
indigne ferre ſi aliq̄d etiā viles nobis ꝯſi
lieī. Hec ille. [Tp̄s meū nōdū aduenit]
i. tp̄s mee exaltationis ⁊ glīe ſm Bedā
⁊ Aug. [tp̄s aūt veſtrū] q̄ gloriā mūdanā
q̄ritis [ſemꝑ eſt paratū] q2 iudei magis
vocabāt ꝯuiuijs ⁊ vane letitie circa p̄n
cipiū q̄ circa finē ſm Theo. vel alr̄ ſm
Chry. Q2 eñ iſti forte volebant eū trade
re iudeis dixit tp̄s meum.i. tp̄s crucis et
mortis nōdū aduenit: tp̄s autē vr̄m ſem L
per eſt paratū vt poſſitis aſcēdere: quia iu
dei nō occidēt vos. Uel alr̄ dici pōt. Tē
pus meū.i. tp̄s ꝓ me opportunū vt aſcē
dam ad feſtū: nondū aduenit: q2 in p̄nci
pio feſti iudei obſeruabāt ſi aſcenderet:
nō aūt poſtq̄ viderūt eū non aſcēdiſſe.
Et ideo melius potuit occult9 incedere.
Utriꝗ aūt vltimarū expoſitionū cōſonāt
ſequētia. Nā ſequitur [Nō pōt mūdus]
i. hoīes mundani puta iudei [odiſſe vos]
q2 eſtis eiuſdē volūtatis cū eo: ideo pote
ſtis aſcēdere q̄n vultis. Dicit āt.s.Tho.
ꝙ vnus mundanus in particulari odiſſe
pōt aliū mūdanū inquantū impedit eū
in his que vellet habere. Sed null9 in
quātū mūdan9 oditur a mūdo [Me aūt
odit] q2 nō ſabbatū ſoluo vt dicit Chryſ.
ſed [q2 ego teſtimonium ꝑhibeo] publice
[de illo: q2 opa ei9 mala ſunt] Un̄ ⁊ ſcđm
Theo. h̄ ſe purgat de formidine. Q̄n eñ
formidoloſus auderet rectores totius iu
daice gentis: tā patēter ⁊ tā acriter: ⁊ cū M
tanta autoritate reprehendere. Purgat
ēt ſe de glīe vane cupiditate cū illos ſine
ſe mittit ſe ad feſtū dī. [Uos aſcendite ad
diē feſtū hunc] quaſi diceret. Si me glīa
inanis vexaret: vos mecū pro meo hono



re retinerē. Sed ego hac paſſiōe nō mo
ueor. vos aūt q2 hac laboratis aſcendite
A ad diē feſtū hūc: in quo extendere vultis
carnalia gaudia. [Ego aūt nō aſcendam
ad diē feſtū hunc] Contra: q2 poſtea aſcē
dit. Ad hoc dicit Chryſ. ꝙ dixit ſe nolle
aſcēdere.ſ. cū eis. Uel non aſcendā mori
turus ſm Chry. Uel non aſcendā eo mo
do quo vultis.i. gloriā mundanā queſi
tur9 ſm aug. Uel dicit ꝙ dixit ſe non itu
rū ad diē primū feſti qđ ſeptē diebus du
rauit: ⁊ ad illū etiā nō aſcendit: ſ3 poſtea
circa medium feſti q̄n incepit tp̄s habi
le eſſe doctrine ſm ſanc. Tho. Unde ſeq̄
tur [q2 tp̄s meū].i. mihi cōgruū propter
doctrinā. Uel tp̄s mortis ſm Chryſ. vel
tp̄s glorie mee ſm Augu. nōdū aduenit.
¶ In hac parte eſt documētū l'rale ꝙ ma
li hoīes odio habēt corrigētes ſe. Un̄ dꝛ.
Prouer.ix. Qui arguit impiū ſibi macu
lā gn̄at. q2.ſ. detrahit corrigēti. Eſt ⁊ aliđ
q2 cum xp̄s habuerit tria tp̄a oīa tribuit
deo. Nam tp̄s p̄teritum natiuitatis fuit
ad gloriā dei ⁊ pacē mundi.i. hoīm bo
ne volūtatis q̄ erant in mundo. Preſens
B aūt.i. ſue vite fuit totū ad noſtrā vtilita
tē ſ3 futurū.i. tp̄s mortis fuit ad nr̄am ſa
lutē impēſum. Multi aūt ſunt q̄ dederūt
diabolo p̄teritū ⁊ dant p̄ſīs ꝑ vanitates
⁊ deo ſpondent futurum. Sed ſicut dicit
Augu. Qui ꝓmiſit veniā penitenti: non
ſpopondit diem craſtinam differenti.
¶ Quantum ad tertiū tangiī occultatio
xp̄i in ſuo aſcenſu ad diem feſtum. cum
dixit [Hec cū dixiſſet ipſe manſit in gali
lea] donec fratres eius aſcenderent [vt
aūt aſcenderunt fratres eius tunc ⁊ ipſe
aſcēdit ad diē feſtū] Aug. aſcendit autem
non gloriari tēporaliter [ſed aliq̄d doce
re ſalubriter.i. de feſto eterno admonere.
Hec ille. Nō manifeſte ſ3 quaſi in occul
to. Et hoc. Primo ſm Theo. vt vitaret
irā ferentiū iudeorꝫ. Scđo ſm Chryſ. vt
C eius humanitatis certior fieret: ⁊ vt eru
diret nos qui perſecutores tenere aut ter
rere non poſſumus: quid in perſecutioni
bus facere debeamus. Un̄ nō dꝛ aſcēdiſ
ſe in occulto: ſed quaſi vt oſtendatur hoc
diſpēſatiue propter nos eſſe factū. Ter
tio ſm Alchui. vt humanū fauorem decli
naret: dum ſolus ſine ſtipantibus turbis

aſcendit. Quarto ſm Augu. vt dum latet
in feſto tabernaculorū: ſe oſtendat latere
in vmbraculis.i. figuris veteris legis: Ju
dei ergo querebant eū in die feſto quidā D
vt audirēt illū: quidā ꝟo vt occiderent et
dicebant. Ubi eſt ille: ſm autem ꝙ dicit
Chryſ. ex multo odio q̄dā nolunt eū no
minare: ſed dicunt: vbi eſt ille. Alij vero
nō noīabat eū q2 erat famoſus: nō autē
ex odio moti. Et murmur multus in ge
nere maſculino: vt poſuit Hiero. teſte.ſ.
Tho. q2 ſic habebat antiqua grāmatica
vel vt oſtēdat diuinā ſcripturā non ſub
eſſe regulis Priſciani: vt idem dicit ſm
modernos tn̄ neutri generis eſt: erat de
illo in ppl'o propter cōtrarietatē opinio
nū. Quidā eñ dicebāt q2 bonus eſt. Alij
aūt nō: ſed ſeducit turbas. Sumiī autem
hic murmur pro muſitatione. vt ait idem
de aliquo eſſe murmur: qđ de eo multa
priuate dici a multis. Uide aūt de murmu
re quedā dn̄ica.iij. poſt feſtū trinita. Ne
mo tn̄ palā loquebaī de illo: in laudem E
eius ſm Aug. [Propter metū iudeorū]
id eſt eorꝫ q̄ erant de tribu iuda: qui prin
cipabanī in ppl'o. ſ3 Chry. Qui vero dice
bant ꝙ ſeducebat turbas clare reſona
bant ſm Auguſt. Eriſti vt dicit.s.Tho.
erāt in principes. Hoc eñ inquit datur
intelligi in hoc ꝙ dicūt ſeducere illū tur
bas. Eſt autē in hac parte morale docu
mentū de quo ait Augu. Quicunꝗ emi
cuerit in aliqua gratia alij dicunt bonus
eſt. alij nō: ſed ſeducit turbas: Qđ autem
dictū eſt de deo valet ad conſolationē de
quocunꝗ hoc dictum fuerit xp̄iano. Et
quidē ſi ſeducere decipere eſt: nec xp̄s ſe
ductor: nec q̄ſq̄ ſeductor dꝫ eſſe xp̄ianus.
Si autē ſeducere eſt aliunde aliquē ad
aliud ꝑſuadēdo ducere querēdū eſt vnde
et quo. Si a bono ad malū: malus ſedu
ctor eſt. Si a malo ad bonum: bonus. Et
vt ſic oēs ſeductores ⁊ vocemur ⁊ ſimus:
Hec ille. Eſt ⁊ aliud. Nā colligitur ꝙ eſt
quoddā feſtū nō celebrādū.ſ. mūdanorꝫ F
q̄ tp̄s exponunt in pctīs qđ facere nō de
bemus: Primo q2 tota hec vita eſt vigi
lia reſpectu futuri feſti. Un̄ hic facientes
feſtū faciūt vigiliā i futuro. Scđo. q2 iſta
vita eſt tp̄s exilij ⁊ tp̄s laboris. Gal.vi.
Dū tp̄s habemus ⁊c. Et eſt ſcđm feſtū ce

lebrandū occulte:quo.ſ.eſt gaudendū de
ſtatu aīe hn̄tis grām dei corpoꝛe:ſꝫ non
eſt faciedū publice:ſꝫ cū maxima cautela
ꝓter periculū cadēdi ⁊ incertitudinē ꝓde
G ſtinationis ⁊ admixtionem multiplicis
doloꝛis. Eſt ⁊ tertiū celebrādū.ſ.quo cō-
gaudemus aīabus iam ſecuris qḋ ſemel
in anno rōnabilr̄ celebꝛat̄. Pꝛimo vt ex
hoc ſctōs imitemur. Et ſcḋo vt ſcimꝰ par
ticipes meritoꝝ ⁊ p̄cum eoꝝ:ſed tn̄ etiā
iſtud nō oꝫ celebꝛari pōpatice:ſꝫ in coꝛ-
dis deuotione. Illud vero qḋ erit in pa-
tria poſt reſurrectionē erit iuge ⁊ conti-
nuum:⁊ cum maximo amoꝛe ⁊ tripudio.

Feria.iiij.poſt dn̄icā.de paſſione.

Textus euange.Joan.cap.x.

Facta ſunt encenia in hie
roſolymis ⁊ hyems erat.
Et ābulabat Jeſꝰ i tēplo
i porticu ſalomonis. Cir
cūdederūt ergo eū iudei:⁊ dicebāt
ei:quouſq₃ aīam nr̄am tollis. Si tu
es xp̄s:dic nobis palam. Rn̄dit eis
H Jeſus:loquoꝛ vobis ⁊ nō creditis:
Opera que ego facio in noīe pr̄is
mei:hec teſtimoniū ꝑhibēt de me.
Sed vos nō creditis:qꝛ nō eſtis ex
ouibꝰ meis. Oues mee vocem meā
audiunt.et ego cognoſco eas:et ſe-
quunt̄ me. Et ego vitā eternam do
eis:⁊ nō ꝑibūt i eternū:⁊ nō rapiet
eas quiſq₃ de manu mea. Pr̄ meus
qḋ dedit mihi maius oībꝰ eſt:⁊ ne-
mo pōt rapere de manu pr̄is mei.
Ego ⁊ pater vnum ſumus. Suſtu-
lerunt lapides iudei:vt lapidarent
eū. Rn̄dit eis Jeſus. Multa bona
opa oſtēdi vobis ex patre meo pro-
pter qḋ eoꝛum opus me lapidatis?
Rn̄derunt ei iudei. De bono opere
non lapidamus te:ſed de blaſphe-
I mia:⁊ qꝛ tu hō cū ſis facis teip̄m deū.
Rn̄dit eis Jeſus. Nōne ſcriptū eſt
in lege vr̄a qꝛ ego dixi dij eſtis? Si
illos dixit deos ad quos ſermo dei
factus eſt:⁊ nō pōt ſolui ſcriptura:
quem pater ſanctificauit ⁊ miſit in
mūdū:vos dicitis qꝛ blaſphemas
qꝛ dixit filiꝰ dei ſum:ſi nō facio ope
ra pr̄is mei:nolite credere mihi. Si
autem facio:⁊ ſi mihi nō vultis cre-
dere operibus credite:vt cognoſca
tis ⁊ credatis qꝛ in me eſt pater:et
ego in patre. K

Facta ſunt encenia in hiero-
ſolymis ⁊c.] Jo.x. In preſenti
euāgelio tangunt̄ tria puncta
que ſunt. Interrogatio: Re-
ſponſio. Malignatio.
¶ Quātū ad pꝛimū tangit̄ interrogatio
quā xp̄o iudei malitioſe fecerūt. Eſt aūt
ſciēdū q̄ encenia idē eſt qḋ innouatiōes
⁊ initiationes:ab en qḋ eſt in:⁊ cenos vel
cenō nouū ſm̄ Aug. eſt aūt innouatio vl̄
initiatio qn̄ res noui ſuo vſui applicat̄.
Vn̄ indues nouā veſtē nouiter dr̄ ence-
niare veſtē. Iſta ergo encenia de quibus
eſt ſermo erat feſtū dedicationis templi
qꝛ tēplū qn̄ dedicat̄ ſuo vſui applicat̄. Dr̄
ergo [facta ſunt] circa mēſem decēbꝛis
[encenia].i.feſtum dedicationis templi.
qḋ tn̄ dr̄ plr̄ encenia.qꝛ pluribus diebus
illa ſolēnitas agebat̄ [in hieroſolymis].
i.in hierl̄m:⁊ hyems erat] Additur aūt
hoc dexpe huius ſolēnitatis. Pꝛimo ſm̄
Greg. vt in eſſe malitie frigus iudeoꝛum
coꝛdibꝰ indicaret̄. Scḋo ſꝫ Theo, ad oſtē
dendū q̄ xp̄s eſſet paſſioni ꝓpinquꝰ qꝛ
vt ait in vere ſequēti paſſus eſt. Tertio
ſm̄ Alchui.⁊ Bed. vt intelligat̄ iſta eſſe
dedicatio tēpli quam iudas machabeus
fecit triplex em̄ fuit in hierl̄m tēpli dedi-
catio:vt iſti dicunt:⁊ mag.hiſ.⁊.ſ.Tho.⁊
oēs. Pꝛima facta eſt ſub ſalomone.x.de-
cēbꝛis.de qua hr̄.iij.Re.viij.⁊ vſq₃ ad ſub
uerſionē tēpli ſingulis annis eadē die fe-
ſta duo celebꝛabant̄:dedicationis.ſ.ex-
piatiōis.de qua hr̄.Leui.xxiij. Scḋo ve-
ro ſub zoꝛobabel:iudeis a captiuitate
babylonie reuerſis:⁊ reedificato tēplo
de qua hr̄.j.Eſḋ.vj. Et hec facta eſt in ve
re.xvj.die martij. Tertia aūt ſub iuda ma
chabeo a ſimone ſeu malachie filio. An- L
thiochꝰ em̄ epiphanes polluit tēplū foꝛ
dibus idoloꝝ.⁊ vtēſilia eius prophana-
uit:ſꝫ iudas mundauit templū:⁊ vtenſi-



lia reſtituit in locis ſuis. Et hec fuit q̄ dē
tēpli dedicatio facta.xxv.die menſis de-
cēbꝛis de q̄ hr̄.j.Mach.iiij. Eſt tn̄ ſciēdū
q̄ ſm̄ Chꝛy. iſta dedicatio non eſt tertia
ſꝫ ſcḋa. Et tūc opꝫ dicere q̄ erat hyems
A eo mō q̄ mediū pōt dici extremuꝫ. Erat
em̄ tp̄s mediū inter hyemē ⁊ ver.circa.ſ.
finē vnius et pꝛincipiū alterius:ideoq₃
poterat dici tp̄s veris ⁊ tēpus hyemis.
Quāuis etiā dici poſſit q̄ hyēs dr̄ omne
tp̄s frigidū ⁊ humidū etiā ſi ſit in vere vl̄
autūno. [Et ābulalabat Jeſus i tēplo].i.
in atrio tēpli ſm̄ Alchui.⁊ mag.hiſt.⁊ i
telligē in atrio ſcḋo i q̄ iudaicꝰ ppl̄s mū
dus oꝛabat:nō aūt i pꝛio q̄ etiā gētilibꝰ
patebat. De q̄bus atrijs habes dn̄ica.ſ.
in quadra.[in porticu Salomonis].i.in
qua cōpleto tēplo erexit colūnā ereā ſu-
pra quā dn̄m in die dedicationis eiꝰ fle-
xit genibus adoꝛauit ſm̄ Alchui.⁊ mag.
hiſt. cū tn̄ iudei ſoleant oꝛare ſtātes ⁊ i q̄
etiā poſt ſemꝑ ꝯſueuerat oꝛare. Et lꝫ il-
lud tēplū totū fuerit deſtructū vt hr̄ i fi-
ne.iiij.Reg.⁊ in fine Hiere. tn̄ aliud ſil̄e
fuit reparatū. ideoq₃ ⁊ atriū et porticus
B idē nomē retinuit. [Circundederūt ergo
eū iudei] q̄ſi cōpꝛimentes eū ⁊ terrere vo-
lētes [⁊ dixerūt ei] volētes nō addiſcere
ſꝫ cape ⁊ decipe ſm̄ Aug. [quouſq₃ aīaꝫ no-
ſtrā tollis].i.ſuſpenſos detines:⁊ i ambi
guo ſꝫ Alchui. nō declarādo nobis:apte
q̄s ſis. Et hoc ſm̄.ſ.Tho. adulatoꝛie dn̄t
oſtēdētes ſe deſyderare q̄ ab eo audiāt
veritateꝫ. Mētiunt̄ tn̄ ſm̄ Chꝛyſ.qꝛ ipſe
ſemꝑ palā loq̄bat̄:⁊ in locis ⁊ in tp̄ibus
ſolēnibꝰ.chꝛy. Et aduerte ꝑuerſitatē il-
loꝝ. Nā cū ꝑ ſermonē erudit dicūt ei:qḋ
ſignū facis:cū aūt ꝑ opa demōſtrat.dn̄t
ei ſi tu es xp̄s dic nobis palam q̄ſi ſemꝑ
ad ꝯuiū ſtātes. Hec ille. Scḋo autē q̄ dr̄
Aug. xp̄ꝫ purū hoīeꝫ credebāt:diuinita
tē eiꝰ in ꝓphetis itelligere nō valētes/⁊
ideo vt dicit Alchui.⁊ etiā Aug. ſi ſe xp̄ꝫ
ꝓfeſſus fuiſſet ſtatim q̄ſi ꝯ ceſarē ſibi iu
deoꝝ regnū vſurpare vellet:p̄ſidi eum
occidendū p̄ſentaſſent. ¶ In hac parte
eſt moꝛale documētū de quo Theo, ait.
C Satagas tu quoq₃ dū hyems imminet.
i.vita p̄ſens turbinibꝰ iniq̄tatis cōcuſſa
ſpūales encenias tui templi celebꝛare/
ſemꝑ renouādo teipſum et aſcenſiones
in coꝛde tuo diſponens. Tunc Jeſus erit
pꝛeſto tibi,in porticu ſalomonis:pacificū
ſtatum tibi tribuens ſub regimine pro-
pꝛio. In regno autē futuro nemo renoua
tiōis ſolēnia perficere poterit. Hec ille. D
¶ Quantuꝫ ad ſcḋm tangit̄ xp̄i rn̄ſio de
qua dicit Alchui. dn̄s autē ita tēperauit
rn̄ſionē vt ⁊ calūniatoꝝ oꝛa cōcluderet:⁊
qꝛ xp̄s eſt fidelibus panderet:⁊ de hoīe
querentibꝰ diuinitatis myſteria narrat.
hec ille. Vn̄ ſequit̄. [Rn̄dit eis Jeſus.] Lo
quoꝛ vobis ⁊ nō creditis.q.d. Quare pe-
titis vt dicaꝫ vobis ſi ſum xp̄s? Non em̄
crederitis mihi ſi dicerē vobis ꝟitatē ſi-
cut neq₃ creditis mihi i alijs que doceo.
Si em̄ non creditis mihi teſtantibꝰ ope-
ribꝰ.vt dicit Chꝛy. q̄uo ſolo verbis crede
tis? Nā opa.i.miracula [q̄ ego facio i no
mine patris mei].i.ad gloꝛiā patris mei
ſm̄.s.Tho.vel in noīe.i.ꝟtute pr̄is mei
i.dei vel dei pr̄is.naꝫ xp̄s vt hō opabat̄
in ꝟtute dei vt deus ꝓ ꝓ in ꝟtute dei pr̄is
i.quā deus pater ei cōicauit illa teſtimo-
niū perhibēt de me:q̄tū ad veritatē do-
ctrine ⁊ ſctitatē vite. Lꝫ em̄ mali poſſint E
miracula facere in teſtimoniuꝫ veritatis
tn̄ ſi falſa p̄dicarent nunq̄ poſſent mira-
cula facere:qꝛ.ſ.deus a quo pꝛincipaliter
ſunt miracula non pōt reddere teſtimo-
niū falſum. Xp̄s aūt faciebat miracula er
go p̄dicabat ꝟitatē. Et qꝛ ſine pctō ⁊ deū
ſe dicebat:ſequit̄ q̄ ita eſſet etiam ſi non
feciſſet miracula iperādo ſꝫ oꝛādo [Sꝫ]
nō obſtātibꝰ tot ⁊ talibꝰ miraculis vos
nō creditis:qꝛ nō eſtis ex ouibꝰ meis.i.qꝛ
nō eſtis de nūero p̄deſtinatoꝝ ſm̄ Aug.
Sꝫ ꝯ pꝛio. Nā ſi ꝓpterea credimꝰ qꝛ ſu-
mus p̄deſtinati.i.a deo eternalr̄ dilecti ⁊
electi ad credēdū ⁊ ad felicitatē:nullꝰ cre
dere pōt niſi deꝰ hoc dederit:⁊ ꝯn̄r infi-
delitas:nō erit pctm̄. Ad hoc.ſ.Tho.ſic
dicit. Infidelitas eſt pctm̄ qꝛ in infideli-
bus eſt cā quare nō datur eis credere.i.
pctm̄ oꝛiginale vel actuale. Exēpluꝫ. Vi-
dere non poſſum niſi me ſol illuminaue-
rit ſi tn̄ oculos clauderem non viderem
non ex parte ſolis ſed ex parte mea qui
cām huic pꝛebeo:oculos claudēs. Et qꝛ F
hec cā in oībus eſt quicunq₃ deſeruntur
iuſto dei iudicio deſerunt̄:⁊ quicūq₃ eli-
guntur dei miſeratiōe eligunt̄. Hec ille.

Quomodo tñ infidelitas ſit peccatũ con
trarie:⁊ non pure negatiue vt in his qui
G de xp̃o nihil audierũt. vide. ij.ij.q.x.ar.j.
vbi ꝫ ꝙ infideles negatiue nõ dampnan-
tur ꝓpter infidelitatẽ: ſꝫ ꝓpter alia pctã
que ſine fide nõ remittunt. Secũdo q꞉ vi
deretur eos inducere ad deſperationeꝫ.
Ad hoc dicit dupliciter. Prĩo ꝙ cũ xp̃s
videret eos nõ eſſe predeſtinatos:⁊ in p̄-
ſenti malos: ꝓpter vtrũq꞉ dixit p̄dicta: ſꝫ
alterum tm̃ voluit ab eis intelligi. ſcꝫ qđ
erant mali non autẽ ꝙ erant p̄ſciti: a no-
bis autem voluit intelligi vtrunq꞉. Alio
modo dꝛ ſcđm. s. Tho. ꝙ dñs loquebat
multitudini in qua erant aliq̄ cõuertẽdi:
aliq̄ in ſua pfidia relinquẽdi. Et his ergo
verbis oẽs timere debuerunt: null9 ꝟo
deſperare. Et etiã dato ꝙ ſingulari pſo-
ne fuiſſet locutus dicens tu es preſcitus:
adhuc non debuiſſet deſperare q꞉ talia
verba ꝯditionate debuiſſent intelligi. ſ.
ſi nõ peniteret. Hec aũt patẽt ex. s. Tho.
ſ. di. xlviij. Prime aũt expoſitioni vr̃ con-
grue qđ ſequit: [Oues mee vocẽ meã au
diunt]. i. preceptis meis ex aĩo ſiue letan-
ter obediũt: ſm Alchui. aug. Nõ recuſat
H labor ſi aderit amor: q꞉ q̄ amat nõ labo-
rat. Oĩs labor nõ amãtibus grauis eſt.
Hec ille. Ex hoc aũt pꝫ ꝙ oues de q̄b9
xp̃s iudeos volebat intelligere non ſunt
ſolũ p̄deſtinati: q꞉ tales aliqñ ſunt i mor
tali peccato: neq꞉ audiunt vocem dñi: vt
Paulus q̄ñ eccleſiam dei inſequebat: ni-
ſi dicat audiunt ſm p̄deſtinationẽ. i. au-
dient [⁊ ego cognoſco eas] nõ ſolũ noti-
tia ſimpliciter quaſi ẽt lupos cognoſco: ſꝫ
notitia approbationis ⁊ electiõis ad vi-
tã eternã [⁊ ſequunt me.] Alchui. Oues
xp̃i xp̃m ſequunt hic mãſuetudinis et in
nocentie viã incedẽdo: ⁊ poſt ad gaudia
vite eterne intrando. vñ ſequit [Et ego
vitaꝫ eternã do eis] Eſt aũt notãdũ qđ ſi
cut dicit. s. Tho. j. parte. q. xviij. ⁊ eſt ſnĩa
ſumpta ab Ariſto. in lib. de aĩa vita du-
pliciter ſumit. Uno modo ꝓ ipã eſſentia
vel natura ſeu ſubſtãtia rei viuentis ſicut
I humanitas dꝛ vita. Alio modo ꝓ opatio
ne rei viuẽtis: ſicut ſentire ⁊ intelligere.
Primo ergo mõ tã beati q̄ dãnati ſiue
hoĩes ſiue angeli habituri ſunt eternam
vitã: q꞉ vtriq꞉ erũt incorruptibiles. Secũ

do ꝟo mõ dãnati hoĩes nõ habebũt for
te vitã eternã q꞉ nullã forte hẽbũt opera
tionẽ ꝑpetuã. Angeli etiã habebũt eter-
nã vitã aliquo mõ: q꞉ habẽt aliquã opa- K
tionem perpetuã: ſemꝑ eñ ſe intelligunt
ſm theologos. Sed tñ ꝓprie illa opatio
nõ dꝛ vita eterna q꞉ vita ſonat in bonuꝫ:
cognitio aũt eorũ eſt eis ad malũ ⁊ penã
[⁊ non peribunt ineternũ] ⁊ ſubaudiẽdum
eſt ſm Aug. vos aũt peribitis ineternũ qui
nõ eſtis ex ouib9 que me ſequunt. ¶ Sꝫ
ꝯ q꞉ iudas periit. Ad hoc dicit Tho. qđ
dñs loquit de pſeuerãtibus ⁊ volẽtibus
paſtoreꝫ ſeq. Nihil eñ põt eas auertere
a paſtore niſi eis volẽtib9. aug. ꝟo vr̃ vel
le ꝙ dñs loquat de predeſtinatis. vñ ait.
De illis ouib9 de q̄bus dꝛ: nouit dñs qui
ſunt eius: nec lupus rapit: nec fur tollit:
nec latro interficit. ſecur9 eſt de numero
earũ q̄ ꝓ eis nouit q̄d dedit. Hec ille. Sꝫ
cõtra Augu. arguit q꞉ predeſtinati aliqñ
mortalr̃ peccant: vt petrus negãdo xp̃m.
ergo ⁊ rapiunt: ꝯ illud qđ ſubdit [et non
rapiet eas q̄ſq꞉ de manu mea] Ad hoc di L
co ꝙ nõ rapiunt niſi ad tp̃s. Uel dico ꝙ
neq꞉ vi neq꞉ aſtutia rapi pñt niſi ipſis vo
lentibus ⁊ xp̃o ꝑmittẽte: ſicut neq꞉ etiam
nõ p̄deſtinati. Lꝫ aũt nõ perire ineternũ
ſit p̄deſtinatis ꝓpriũ: tñ nõ rapi eſt oib9
cõe: q꞉ xp̃s vult oẽs ſaluari ſi velint qui
oĩps eſt. Qđ ꝓbat ꝯñr di. [Pater qđ de-
dit mihi mai9 oib9 ẽ]. i. forti9 diabolo ⁊
oi creatura. Dedit eñ ſm Augu. pr̃ filio
deitatẽ: ⁊ ꝯñr ſuã potẽtiam ⁊ ſuã ſciam: ⁊
nõ oẽm ſuã pfectionẽ vñ eſt pr̃i equalis.
Eſt i quã mai9 oib9. vt dꝛ. s. Tho. Prĩo
natura. Jo. v. Sicut pr̃ hꝫ vitã i ſemetipo
⁊c. ſcđo ptãte. Jo. vj. Ptãtẽ dedit ei iudi-
ciũ facere ⁊c. Tertio reuerẽtia ⁊ honore.
Phil. ij. Dedit illi nomen ⁊c. Maius eſt
ergo oib9 qđ dedit mihi pr̃: vt. ſ. ſim ꝟbũ
eius vnigenitus eius ſplẽdor lucis eius.
Hec ille. Ex hoc autẽ vult xp̃s ꝓbare ꝙ
nemo põt oues ſuas rapere. Probat aũt
idẽ adhuc alia rõne ſic. [Et nemo põt ra
pere de manu pr̃is mei.] Man9 aũt dei M
ſm Aug. Trib9 modis ſumit. Uno mõ ꝓ
dei ptãte: ſicut põt poni exẽplũ de eo qđ
dꝛ de egypto ſuũ pplm̃ i manu valida edu
xiſſe. Alio mõ ꝓ dei ꝟbo: quo deus opat
ſicut artifex ꝑ artem ſuã. Solent enim vt



ait hoĩes dicere man9 ſuas ẽt alios ho-
mines ꝑ q̄s faciũt qđ volũt. Tertio ip̃m
dei op9 ſicut dꝛ [vt ait] q̄s cognoſcere ma
num ſuã: cũ ſcripturã ſuã cognoſcit. Hic
aũt vt dꝛ prĩo mõ ſumit. Et ex hoc vult fi
A lius inferre ꝙ ẽt de manu ſua null9 rape
põt: cũ ſit eadẽ vtriuſq꞉ manu vel potẽtia.
Uñ ſubdit [Ego ⁊ pr̃ vnum ſumus]. ſ. in
virtute ⁊ potẽtia: q꞉ de hoc eſt ſermo ſm
Chry. ¶ Eſt autẽ ſciendum ꝙ Arrius di-
xit filiũ eſſe patre minorem: ⁊ ab eo in eſ-
ſentia diuerſum ⁊ in perſona. Sabellius
ꝟo tenuit aliud extremũ dicens: qđ neq꞉
in natura vel eſſentia neq꞉ in perſona di
ſtinguunt. Ueritas eſt in medio: q꞉ ſunt
vnũ in eſſentia: ⁊ diſtinguunt in pſonis.
Uñ vtrũq꞉ errorẽ xp̃s in his ꝟbis deſtru
xit. Nã ſicut dicit. s. Tho. j. di. ix. ⁊ iij. diſ.
vj. neutrũ genus ad naturã: maſculinuꝫ
ꝟo ad pſonã ptinet. Cũ ergo dicit ſalua-
tor: vnum in gñe neutro ſignificat vnita-
tem nature: cũ ꝟo dicit: ſum9 in maſculi-
no ⁊ in plurali ſignificat vnitatẽ pſonaꝝ
Aug. Uerũq꞉ audi: ⁊ vnuꝫ ⁊ ſum9: ⁊ a ca-
B ribdi ⁊ a ſcylla liberaberis. Qđ dixit: vnũ
liberat te ab Arrio. Qđ dixit ſumus: libe
rat te a Sabellio. Si vnũ: nõ ergo diuer
ſum. ſi ſumus ergo pr̃ ⁊ fili9. Hec ille. Si-
cut aũt dicit Hila. viij. de trinita. ad hoc
dicũt ſectatores Arrij. qđ pr̃ ⁊ filius ſunt
vnũ volũtate: q꞉ ſcꝫ idẽ volũt: nõ autẽ na
tura deitatis q̄ſi vterq꞉ ſit de9. Uñ deus ⁊
creatura etiã aliquo modo vnũ dicũtur.
¶ Sed cõtra hoc arguit: q꞉ xp̃s non ꝓ-
baſſet ſm hoc ꝙ nemo de manu ſua põt
oues rapere amplius q̄ꝫ poſſit q̄s rapere de
manu moyſi vel vlterius. Et preterea. s.
Tho. ad idẽ arguit ſic Quecũq꞉ ſunt vnũ
ſimplr̃. i. ſine additiõe ſunt vnũ ſm ſub-
ſtantiã: q꞉ eum vnum dicat ſicut ⁊ ens: ſi-
cut nihil dicit ens ſimpliciter niſi ſꝫ ſub
ſtantiã vel naturã: ita neq꞉ dꝛ ſimpliciter
vnũ. Sed hic pater ⁊ filius dicunt vnum
ſimpliciter: igit ſunt vnũ ſm ſubſtantiã.
Unde nũq̄ꝫ inuenit ꝙ deus ⁊ creatura. ſ.
pura dicũtur vnũ niſi cũ additiõe ſm il-
C lud. j. Corin. vj. Qui adheret deo vnus ſpi
rit9 eſt. Et ideo iudei meli9 xp̃i doctrinã
intelligẽtes in hac parte q̄ꝫ miſeri arria-
ni: intellexerunt ꝙ ſe deum fatebatur: q꞉
hoc ipã xp̃i ꝟba ſonabãt. Hoc eñ iudeo

rum lapides teſtant. q̄ iõ voluerũt eum
lapidare. q꞉ intellexerũt i his ꝟbis ꝙ ſe
deũ aſtruebat. ¶ In hac pte eſt documẽ
tum literale: ꝙ non opꝫ diabolũ timere:
quia talem habemus adiutorem ꝙ capi D
nõ poſſumus niſi volẽtes. Greg. debilis
eſt hoſtis q̄ non põt vincere niſi volẽtẽ.
Hec ille. ¶ Eſt ⁊ aliud. Nam vt ex ꝟbis
xp̃i pꝫ alique ſunt oues non ſue ſed dia-
boli q̄ ſcꝫ ſunt lupi ſub veſte ouina. Con
gnoſcit autem ſm Chry. lupus ſic conte-
ctus. Primo ſi mordet dẽtibus id eſt de-
trahit. Scđo ſi nõ clamat verſus terraꝫ:
ſed vlulat verſus celum vt hipocrite ſe
extollẽtes / ⁊ viros celeſtes ꝑ infamiam
deprimẽtes. Tertio ſi non paſcũt herbis
celeſtium cõſolationum: ſꝫ carnib9 volu
ptatũ. Sunt aũt ⁊ quedã oues xp̃i: q̄ co-
gnoſcunt. Primo ex opib9 bõis. Juxta
illud. Opera q̄ ego ⁊c. Scđo ſi vocem pa
ſtoris audiũt: que eſt quadruplex: vt col-
ligit ex ſcripturis: ſcꝫ Exterior exhorta-
tio. Interior inſpiratio. Beneficiorum
elargitio: ⁊ Corporalis flagellatio. Ter-
tio ſi cognoſcunt a xp̃o paſtore ꝙ facit ꝑ
imaginem ſuam quã eis impreſſit et per E
arma virtutum quibus eas ornauit: ⁊
ꝑ doctrinam charitatis qua eas inſtru-
xit. Si aũt iſtis careãt non cognoſcũtur
ab eo. Et q̄rto ſi paſtorẽ ſequunt ꝑ viam
virtutũ. Hec quatuor ſigna ouiũ xp̃i po-
nunt in hoc euangelio vt pater intuẽti.
¶ Quantũ ad tertiũ tangitur iudeorum
malignatio. Pro qua aduertendum eſt
ꝙ Leui. xxiiij. mandat vt blaſphemus
lapidetur. Eſt autẽ blaſphemia ſi qđ eſt
dei creature attribuat vel ecõuerſo. Qꝛ
ergo intellexerunt ꝙ xp̃s ſe deum dice-
bat: tanq̄ꝫ blaſphemũ voluerunt eũ occi-
dere: ideo dicitur. [Suſtulerunt ergo la-
pides iudei vt lapidarent eum.] Sed
que malignitas erat iſta / ſi credebant ſe
obedire deo? Dico ꝙ erat maxima mali
gnitas: q꞉ iſta ſua ignorantia ꝙ. ſ. neſci-
rent xp̃m eſſe deũ: erat quodam mõ affe- F
ctata: vt dicit. s. Tho. iij. q. xlvij. ⁊ ex inui
dia ⁊ odio procedebat. Miracula enim
ſua eũ clamabant deũ: ſed iſti viri flagi-
tioſi paſſionẽ ſectantes: eis nolebant at
tendere. [Reſpondit eis ieſus] nõ timẽs lapi
des: ſed volẽs eorũ furorẽ rationabiliter

mitigare. Per hec tñ q̄ ſequũtur vt dicit
Chryſ. nõ vult verba ſua quaſi maledicta
excuſare aut reuocare: ſꝫ affirmare ⁊ oſtē
dere ꝙ male de eo ſentiebãt. [Multa bo
G na opa oſtēdi vobis] ſm Alchui. ſanãdo
īfirmos: ⁊ docēdo idoctos [ex patre meo]
Põt autē ly ex dicere habitudinē cauſe
finalis: ⁊ eſt ſenſus ſm Alchui. ꝙ in oïbꝰ
ſuis opibꝰ gloriã dei q̄ſiuit ⁊ ꝓpter ipām
opa bona fecit ſicut ſi dicamꝰ ex diuina
bonitate ꝓcedere oïa bona. i. ꝓp dei bo
nitatē ſicut ꝓpter cām finalē. Uel habi
tudinē cãe ſeu pncipij efficiētis: ⁊ eſt ſen
ſus: ꝙ a patre accepit virtutē ſuã qua mira
cula facit ⁊ docet. [Propter qd eoꝝ opꝰ
me lapidatis?] q̄ſi diceret. Opa mea me
rentur ꝙ a vobis debeã amari: nõ lapi
dari: ⁊ ſi aliq̄d feci repꝛhēſiõe dignū dica
tis q̄d eſt illud opꝰ ꝓpt qd me vultis la
pidare [Rñderūt ei iudei] Credo niſi xp̄s
eos inuiſibiliter cohibuiſſet: ꝙ nõ verbis ſed
lapidibꝰ ei rñdiſſent ꝓpter nimiã inuidie
⁊ furoꝛis rabiē maxime qꝛ exiſtimabãt ſe
iuſtam cãm habere mortis eiꝰ quam tñ
appetebãt [de bono opere nõ lapidamus
H te] ſm eñ qd dicit Alchui. xp̄i bñficia ne
gare nõ poterãt: vñ ea q̄uis inuiti ꝯfiten
tur [ſꝫ de blaſphemia ⁊] p. i. [qꝛ tu hõ cū
ſis: facis teipm deū]. ſ. dicēdo vnū ſumꝰ.
Aug. Ecce iudei intellexerūt qd Arriani
nõ intelligūt. Hec ille. Dicūt aūt ſm. s.
Tho. ꝯdictoꝛia. ſ. bona illū opa facere et
vſurpare ſibi diuinos honoꝛes. Nõ eñ
poſſet miracula facere ſi deū blaſphema
ret falſa pdicando: qꝛ deus nõ approbat
falſitatē. [Rñdit ei Jeſus. Nõne ſcriptū
eſt in lege veſtra]. i. in pſ. Sicut eñ di
cit Chry. ⁊. s. Tho. ſcriptura veteris teſti
aliqñ in legē: ⁊ ꝓphetas ⁊ pſalmos diui
dit. Iuxta illud Luc. vltio. Opꝫ impleri
que ſcripta ſunt in lege ⁊ ꝓphetis ⁊ pſal
mis de me. Sꝫ aliqñ diuidit in legē ⁊ ꝓ
phetas ita ꝙ pſalmi ſub ꝓphetis inclu
duntur ſm illud. Mat. xxij. In his duobꝰ
mãdatis vniuerſa lex pendet ⁊ ꝓphete.
Aliqñ oēs ille ptes ſeu tota ſcriptura ve
teris teſti noīe legis ſignificatur: vt hic.
I [Ego dixi dij eſtis]. Dr̃ autē deꝰ tripliciter. ſ.
ꝑ naturā: ⁊ ſic caret plurali. Deus enim
eſt vnꝰ: vt habetur Deut. vij. Per nūcupa
tionē ⁊ ſic idola dicuntur dij. Et ꝑ pticipa
tionē ⁊ ſic dicuntur dij q̄ a deo habent ſan
ctitatē vel autoꝛitatē vel aliud diuinum
donū. Et ſic dr̃ Exo. xxij. Dijs non detra
hes. Et ſic ēt in pſalmo de iudicibus ⁊ ꝓ
phetis dr̃. Ego dixi dij eſtis. Ex his arguit K
xp̄s. ſcdm Chryſ. Poteſt aūt rõ xp̄i dupliciter
formari. Uno mõ vt velit ſe tãq̄ natura
liter deū ꝓferre dijs participatiue dictis
ſic illud a quo aliq̄ pticipatiue talia dicū
tur: eſt per eſſentiã tale. i. ipſa ſua eſſentia
eſt talis vel ex ipſa ſua eſſentia ⁊ hꝫ ꝙ ſit
tale ⁊ nõ ab aliquo extrinſeco. Sic enim
videmꝰ ꝙ oïa lucida ſunt lucida ꝓpter
ſolē: ⁊ oïa calida caloꝛe igneo ſunt calida
ꝓpter ignem. Sed ꝓphete dicti ſunt ta
les. i. dij participatiõe diuini verbi. Er
go diuinum verbū eſſentialiter deus et
conſequēter ſi ſe deū facit non blaſphe
mat: ⁊ tunc ſic legitur. [Si illos dicit] ſcri
ptura. ſcꝫ ſeu lex [deos ad quos ſermo]
ſeu verbū [dei factus eſt]. i. reuelatus [⁊ nõ
põt ſolui ſcriptura]. i. non põt falſitatis
argui vel blaſphemie [quē pr̄ ſanctifica
uit]. i. ſcm̃ genuit eternaliter: ſm Augu.
Uel ſcm̃ fecit ſm humanitatē: ſꝫ Theo. L
⁊ hoc ex nõ ſctõ negatiue: ⁊ nõ ꝯrie vel pri
uatiue. Chriſtus eñ nunq̄ fuit pctõꝛ: ne
ꝙ etiã aliqñ fuit potēs hr̃e gratiā dei ⁊
nõ habēs in quãtū hõ: qꝛ p2io inſtãti ſue
ꝯceptiõis fuit ſctūs ⁊ btūs. Uide de hoc
s. Tho. iij. par. q. xxxiiij. [⁊ miſit in mun
dū] tãq̄ ſaluatoꝛē ſm Theo. [vos dicitis
qꝛ blaſphemas] tu. ſ. quem pr̄ ſctificauit:
[qꝛ dixi filiꝰ dei ſum] q̄ſi diceret. Iſta eſt
magna ſtoliditas. Sꝫ qꝛ potuiſſent dice
re: q̄ño ꝓbas te eſſe dei filiū: iõ ꝓbat hoc
ꝯſequēter ꝑ ea q̄ ſubduntur ⁊ poſtea expo
nentur. Alio mõ põt formari rõ taliter:
vt in ea xp̄s nõ ſe aſſerat deū ꝑ naturã: ſꝫ
per participationē ſed tñ excellēter inter
oēs ꝓphetas facta vo rõne ꝓbat ſe deū
ꝑ naturã. Formatur ergo ſic. Si abſq̄ pec
cato blaſphemie ꝓphete potuerunt dici
dij ſm ſcripturã: multo magis ille quem
pater. i. deus ſanctificauit ſpiritualiter ⁊
excellēter tãq̄. ſ. xp̄m quē ſaluatoꝛē miſit
in mundum: põt ſic dici. Cõſtabat aūt iu M
deis ⁊ ipſi credebãt ꝙ dñs ieſus erat xp̄s
ſꝫ purum hoïem crederēt vt multipliciter
ex euãgelijs patere põt. Sed cõtra qꝛ
ſm hoc videbitur ꝙ xp̄s poſſit dici dei fi



lius ꝑ adoptionē ſi ſe dicit deū partici
patiue qd repugnat. s. Tho. iij. parte q.
xxiij. Ad hoc autē dico ꝙ xp̄s dicere po
tuit ſe deū participatiue: ſm opinionem
A iudeoꝝ qui eū xp̄m eſſe credebãt. Uel di
co ꝙ cū formatur ratio ſcdo mõ: non ſic eſt
intelligēdū quaſi xp̄s voluerit ſe dicere
deum participatiue. Sed ſe habere id vñ
aliqui dicti ſunt dij participatiue. i. gra
tia dei. Nõ ſtat quod haberet illud tale
⁊ tñ ab eo non deberet denominari talis
ſꝫ ab excellētioꝛi forma. i. deitate. Quam
qꝛ iudei in eo negabãt: nõ tñ ꝓpter hoc
habebant ſufficientē cãm currēdi ad la
pides. qꝛ poterant credere ꝙ ſe deum di
ceret participatiue per gratiã dei: qd nõ
eſt lapidatione dignū: q̄uis ſe taliter deum
nõ diceret: ſed intendebat dicere qd vel
ſic poterat dici deꝰ ſi nõ excellētioꝛi mõ
vt illi credebãt. Sed vñ habuerunt Iu
dei ꝙ xp̄s filiꝰ dei eſſet. Rñdet. s. Tho. ꝙ
dñs hoc dicit virtualiter: lꝫ non expreſſe
B qꝛ dicit. ego ⁊ pater vnū ſumꝰ. ⁊ quod de
dit mihi pater ⁊c. Accipere enim naturã
ab aliquo ⁊ eſſe vnum in natura cū eo: ra
tionem filiationis habet. Hec ille. ¶ Sꝫ
cõtra. qꝛ ſm hoc ſpūſſanctus eſſet filius
Dico qd loquitur de acceptione per gene
rationē. quomodo ſolum iudei credebãt
alicuius naturam alteri communicari: cū
nihil ſcirēt ꝑ modū amoꝛis in identitate
nature procedere: qd eſt ſpiritusſancti.
¶ Sed iterū contra: qꝛ ſm hoc ignis ge
nitus eſſet filius. Dico ꝙ. s. Tho. loquitur
de acceptione nature a viuēte: cuiuſmo
di eſt deus pater. Igitur non pꝛimo ſed
ſcdo modo videtur formãda rõ ſꝫ Chry.
dicentē. Interim quidem vt ſuſciperetur
ſermo: humilis locutꝰ eſt. Poſtea autem
ad maius eos reduxit oſtendēs ꝙ in nul
lo minoꝛ eſt patre: cū ſubdit. [Si non fa
cio opera pr̄is mei nolite credere.] Hec
ille. Opera aūt patris xp̄i appellat ea q̄
nullus facere põt niſi pr̄ vel aliquis pa
tri equalis. [Si aūt facio] ꝓpꝛia auto
C ritate alia q̄ ſunt ſolius dei [ſi mihi]. i. ꝓ
pter me ſeu propter verba mea [non vul
tis credere] me eſſe deū [opibus credite]
que apte meã diuinitatē loquuntur: qꝛ nul
lū eſt euidētius indiciū de rei natura q̄
ꝓpꝛia eiꝰ opatio: ſm. s. Tho. [vt cogno
ſcatis] [⁊] p. i. [credatis qꝛ pater in me eſt
⁊ ego in patre] Hila. Hoc eſt dei filiꝰ ſuꝫ
hoc eſt. ego ⁊ pater vnum ſumus. ¶ Eſt
autē ſciendū ꝙ filius eſt in patre ratione D
ſue eſſentie. qꝛ. ſ. eſſentia que eſt filius eſt
in patre cū ſit eadem ſimiliter ratione re
lationis: qꝛ vnum relatiue oppoſitoꝛum
eſt in alio ſm intellectū. Et ſiliter ſm origi
nē: quia illa origo eſt manēs ī dicēte. Ecõ
uerſo pater eſt in filio ratiõe eſſentie et
relatiõis eadē ratione: ⁊ rõne etiã origi
nis. qꝛ in verbo qd dicitur eſt oē qd verbo
dr̃. Eadē aūt eſt rõ de ſpirituſſancto. Uide
de his. s. Tho. j. par. q. xlij. Et cõcoꝛdat
s. Tho. cum Hilario. ⁊ Aug. ⁊ Amb. qui
tenent patrem eſſe in filio ⁊ ecõuerſo. eo
quod vnuſquiſq̄ hoꝝ eſt ſua eſſentia. et
eadem eſt vtriuſq̄ ⁊ in vtroq̄. Eſt ergo
pater in filio ꝑ eſſentie identitatē: ⁊ per
equalitatē ex conſequenti. homo vero in
deo per gratie ſimilitudinē ⁊ cõſequen E
ter alr̃ ⁊ alr̃. Et de hoc eſt documētū mo
rale: de quo ait Aug. Nõ eñ ſic filius di
cit in me eſt pater ⁊ ego in illo: quõ pñt
dicere hoïes. Si eñ bene cogitamꝰ ⁊ be
ne viuamus: in deo ſumꝰ: ⁊ deꝰ in nobis
eſt quaſi participantes eiꝰ gratiã ⁊ illu
minati ab ipſo. Unigenitꝰ aūt filiꝰ in pr̄e
eſt: ⁊ pater in illo tanq̄ equalis. Hec ille.

☞ Feria. v. poſt dñicã de paſſione.
☞ Textus euan. Luc. vij. ca.

ROgabat Jeſum quidam
phariſeus vt mãducaret
cum illo. et ingreſſus do
mum phariſei diſcubuit.
Et ecce mulier que erat in ciuitate
peccatrix vt cognouit quod accu
buiſſet in domo phariſei: attulit
alabaſtrum vnguenti. et ſtans re
tro ſecus pedes eius lachrymis ce
pit rigare pedes eius: ⁊ capillis ca F
pitis ſui tergebat: ⁊ oſculabatur pe
des eius ⁊ vnguento vngebat. Ui
dens autem phariſeus qui vocaue
rat eū: ait intra ſe dicēs. Hic ſi eſſet
propheta ſciret vtiq̄ q̄ ⁊ q̄lis eſt mu
lier q̄ tãgit eum qꝛ peccatrix eſt. Et
rñdens Jeſus dixit ad illū. Simõ

habeo tibi aliquid dicere. At ille
ait. Magiſter dic. duo debitores
erant cuidam feneratori. Unus de
bebat denarios quingentos: ⁊ ali⁹
quinquaginta. Nō habentibus il-
lis vnde redderent donauit vtriſ-
G q3. Quis ergo eū plus diligit. Rñ
dēs ſimon dixit. Exiſtimo quia is
cui plus donauit. At ille dixit ei.
Recte iudicaſti. Et conuerſus ad
mulierē dixit Simoni: Uides hāc
mulierem. Intrauit ī domum tuā
aquam pedibus meis non dediſti:
hec autem lachrymis rigauit pe-
des meos ⁊ capillis capitis ſui ter
ſit. Oſculum mihi non dediſti: hec
autem ex quo intrauit non ceſſauit
oſculari pedes meos. Oleo caput
meum non vnxiſti. hec autem vn-
guento vnxit pedes meos. ꝓpter
quod dico tibi remittuntur ei pctā
multa quoniā dilexit multū. Cui
H aūt minus dimittitur: minus dili-
git. Dixit autē ad illā. Remittun-
tur tibi pctā tua. Et ceperunt q̄ſi-
mul accumbebant dicere intra ſe.
Quis eſt hic q̄ etiam pctā dimittit.
Dixit aūt ad mulierem. Fides tua
te ſaluam fecit. Uade in pace.

Rogabat Jeſum quidā phari-
ſeus ⁊c.] Lu. vij. Circa conuer
ſionē Magdalene q̄ in p̄ſenti
euāgelio recitat᷑ tangunt᷑ tria
pūcta: q̄ ſunt. Cōpūctio: Ex-
cuſatio: ⁊ Abſolutio. ¶ Quātū ad primū
ſciēdū eſt ꝙ ſicut dicit magr̄ hiſt. ea que
hic narrant᷑ ſm aliq̄s cōtigerāt in naza
reth: ſm alios vero in bethania: ſed tñ vt
idē dicit ⁊ locus ⁊ tp̄s horū ignorat᷑. Ue
runtñ exiſtimo ꝙ qꝛ dr̄ infra. Et ecce mu-
I lier que erat in ciuitate peccatrix: cū nul
la ciuitas exprimatur hoc de hierl̄m ci-
uitate regali debere intelligi. Si tñ iſta
cōtigerūt in Bethania. pñt dici cōtigiſ
ſe in hierl̄m qꝛ cū bethania min⁹ q̄ per
duo miliaria diſtaret a hierl̄z erat quaſi
ſuburbiū ei⁹. Qꝛ ergo xp̄s cōſueuerat p̄-
dicare in hierl̄m: ⁊ hoſpitari in Betha-
nia: credo magdalenā ꝯuerſam ī hierl̄m
ad ſermonē xp̄i. ſed poſtmodū in betha
nia ī domo auunculi ſui Simonis pha-
riſei ⁊ olim leproſi attuliſſe corſuū: ⁊ ala
baſtrū vnguēti: niſi forte ſimon tāq̄ po- K
tens dñs palatiū dicat᷑ habuiſſe in hie-
ruſalē. Dr̄ ergo [rogabat Jeſū q̄dā pha-
riſe⁹] .i. religioſus dict⁹ a phares qđ eſt
diuiſio. eo ꝙ habitu ⁊ ꝯuerſatione tales
ab alijs diſtinguebant᷑ [vt manducaret
cū illo] Utrū aūt bono vel malo fine iſte
inuitauerit xp̄m nō eſt certū. Xp̄s autē
mādūcauit cū phariſeis vt eorū ſupbiā
reprimeret: vt ptꝫ hic. ⁊ cū publicanis vt
eos ad pniāz ꝓuocaret Mat. ix. ⁊ Luc.
v. ⁊ cū amicis familiarib⁹. ſ. maria mar-
tha ⁊ lazaro vt eorū amorē nutriret ⁊ au-
geret. Jo. xij. ⁊ cū ſuis cognatis paupib⁹
vt corū inopiā ſuppleret aquā mutando
in vinū vt. Jo. ij. Sꝫ cum magis ſit iuſto
rū appetēda ſocietas q̄ iniquorū: quare
dñs zacheū ſpōte adijt nō aūt phariſeū
apparēter iuſtū niſi inuitat⁹? ad hoc di-
cit Gorram chriſtū hoc feciſſe: Primo
vt oñdat ꝙ non egēt q̄ ſani ſunt medico. L
⁊ Scđo ꝙ dñs pl⁹ diligit humilē pctōrē
ſcꝫ olim q̄ iuſtū ſupbū: Uel poſſet dici
ꝙ hoc fuit qꝛ zache⁹ nō audebat rogare
vt iſte phariſe⁹ [Et igreſſus domū pha-
riſei] Erat eñ xp̄s paup. ideo inuitationē
acceptauit [diſcubuit] quia eñ antiqui in
lectis comedebāt ſeu iacētes: vt dicit Al
chui. ideo ſedentes ad mēſam dr̄ accū
bere vel recūberee vel diſcūbere [Et ecce
mulier q̄ erat ī ciuitate] hec mlr̄ fuit ma
ria magdalena ſoror Lazari ⁊ marthe vt
hēs. ſ. fe. vi. poſt. iiij. dñicā. xl. Sꝫ hec nō
nominat᷑: qꝛ ſm hoiem opinionē adhuc
erat peccatrix: vt dicit Gorrā. Ex hac rō-
ne ſꝫ eādē opinionē ſubiūgit᷑ [peccatrix]
ſm hoim. ſ. opinionē: ſꝫ iā corā deo iuſti-
ficata merito ꝯtritionis. ¶ Eſt aūt ſcien
dū ꝙ aug. ſup illud. j. Cor. xv. inueniūt᷑
mlti falſi teſtes: ſic dicit. Perhorrendū
eſt ne aliq̄d falſi de deo dicat᷑ licet ad ei⁹ M
laudem ptinere videat᷑: qꝛ non minori ſꝫ
maiori fortaſſis ſcelere ī deo laudat᷑ fal-
ſitas q̄ vituperet᷑ veritas. Hec ille. et idē
dico de ſctis. Quidā ergo ex quadā ſtul



ta pietate dicūt magdalenā nō corpore
ſꝫ mēte tantum fuiſſe peccatricē: ex quo
magna incōueniētia ſequuntur. Primo
A qꝛ puertit᷑ ſanus euangelij ⁊ ſctōꝝ intel-
lectus. Nā Luc. viij. dr̄ Maria que voca
tur magdalene. d̄ qua. vij. demonia exie-
rant. i. vitia vniuerſa quibus plena fue-
rat vt dicit glo. Idem dr̄ in textu ⁊ in glo.
Mar. vlti. ⁊ gl. Hiero. dicit eā fuiſſe me
retricē. Et in euan. hođ. dr̄ peccatrix: qđ
ſcriptura dicere nō ꝯſueuit niſi de publi
cis pctōribus Scđm quia tollitur pctōri
bus magna ſpes venie: cum iſta ſit data
in exemplum pnīe: ſicut Maria virgo in
exēplum innocentie. Sed quare fuit ita
peccatrix? Nā ſicut dicit beatus Uincē-
tius. xij. annis fuit in voluptatibus. Ad
hoc dico ꝙ tria habuit q̄ conſueuerunt mu
lieribus eſſe cauſa ruine. Primo ⁊ prin-
cipaliter habuit libertatē poſt parentū
mortē. Scđo habuit diuitias ⁊ delitias.
B Tertio dr̄ habuiſſe pulchritudinē. Mar
tha aūt lꝫ etiam iſta habuerit: ſemper tñ
fuit virgo ſm btm̄ Uincen. qꝛ fuit infir-
ma. Nā ſm Ambro. fuit illa que. xij. an-
nis fluxum ſanguinis paſſa eſt q̄uis for
te quidem fuerit Martha. ſꝫ nō iſta. Et
etiā qꝛ ſuum caſtrū fuit tanq̄ hoſpitale
pauperū. Deus eñ ⁊ naturalē pietatem
⁊ merita ac ſupplicatiōes pauperū ſuorū
libēter aſpicit. Fuit etiā religioſa. i. phari
ſea ſcđm aliq̄s [vt cognouit ꝙ Jeſus ac-
cubuiſſet in domo phariſei] compuncta:
⁊ vt credit᷑ ad p̄dicationē xp̄i [attulit ala
eſt. Uñ ſubdiꝭ [At ille negauit corā omni
b9 dicēs: neſcio q̄d dicis [Nō eñ forte
illū ad ianuā cognouit: cū eſſet nox: ſed
I cum eum fuiſſet intuita ad lumen vt di
cit Lu. Sʒ quare non ſic interrogauit de
Joāne. forte hoc fuit q̄ꝛ Joānes erat fa
miliaris in domo: iō deferebat ei: nec tñ
deferebat ſocio: q̄ꝛ forte neſciebat φ ille
eſſet ꝑ quo rogauerat Joānes. Uel for
te nō ꝯſtabat ei φ Joānes eſſet xp̄i diſci
pul9. Dep̄hēdit aūt hoc de petro: forte q̄ꝛ K
triſtis ſtabat aut flebat. Quātū ad iſtā pri
mā negationē ꝯueniūt oēs euāgeliſte: q̄̄
tū ad alias duas differūt: q̄ꝛ vn9 đt eas fa
ctas ad vocē vni9 ꝑſone: ali9 ad vocē al
teri9 ſʒ tñ reuera oēs dicūt verū: q̄ꝛ mul
te ꝑſone ꝯcurrebāt ⁊ vn9 exprimit vnaʒ
alius aliā. Poſt iſtā aūt pmā negationē:
vt đt bea. Marc. Petr9 exijt. i. exibat fo
ras añ atriū ⁊ gallus cātauit vt dicit idē.
Marc. ſʒ crediꝭ φ petrus non audiuerit:
q̄ꝛ erat ſuſpēſus aīo. Nā timebat. Et duʒ
exiret: alia ancilla Et incuſauit: eū ⁊ rediit
ad ignē vt ſe purgaret: iō ſequiꝭ [Exeūte
aūt illo ianuā]. i. dū exiret: nō autē poſtq̄̄
exierat: Timuit eñ petr9: iō exire voluit.
Exeūte aūt illo. i. cū ſe ad exeūdē ꝑpara
ret. đt Aug. erat tñ adhuc ꝓpe ignē: vt di
cit Joan. [vidit eū alia ancilla: ⁊ ait his q̄
erāt ibi. Et hic erat cū ieſu nazareno. Et L
iterū negauit cū iuramēto: quia nō noui
hoīem] Mat. ⁊ Mar. vidētur dicere: q̄đ
ad vocē hui9 ancille negauerit ſecundo:
ſed Jo. dicit φ ad vocē aſtantiuʒ. Luc. q̄đ
ad vocē cuiuſdā: ſed reuera fuit ad voceʒ
aſtantiū: qui tñ fuerāt excitati ad vocem
ancille: iō oēs verū dicūt [⁊ poſt puſillū]
i. poſt ſpatiū hore vni9: vt dicit Luc. iam
eñ petr9 ſtabat ſecur9 [acceſſerūt q̄ aſta
bāt: ⁊ dixerūt petro. Uere ⁊ tu ex illis es:
nam ⁊ loquela tua manifeſtum te facit.]
Mat. videꝭ dicere φ iſta tertia negatio
fuerit facta ad vocē aſtantiū ⁊ ſimiliter
Mar. Lu. vero ad vocē cuiuſdam. Jo. au
tē φ ad vocē cognati ei9 cui9 abſciſa fue
rat auricula qui dicebat ſe euʒ vidiſſe in
orto cū ieſu. Et oīa iſta vera ſunt: ⁊ ſimul
ꝯcurrerūt: vt de ſe pōt eſſe manifeſtum.
[Tūc cepit deteſtari ⁊ iurare quia nō no
uiſſet hoīem]. i. cepit iurare iuramento
execratorio: q̄đ eſt grauiſſimū: vt pote di
cēdo nūq̄ bñfaciat mihi de9 ſi ita eſt. Se
cūda aūt negatio fuit cū iuramēto aſſer
M torio ſimpliciter: puta dicendo: ꝑ deū ita
eſt. In hoc aūt iuramēto induciꝭ deus ſo
luʒ vt teſtis: ſed in execratorio induciꝭ vt
teſtis ⁊ iudex. Uel forte vtroq̄ iuramen
to in tertia negatione vſus eſt vt innuit
textus dicēs: φ cepit nō ſolū deteſtari. i.



execrari: ſʒ etiā iurare. [Et continuo gal
lus cantauit] ſcđa. ſ. vice: vt dicit Mar. et
iſtā ſcđaʒ vocē petr9 crediꝭ audiuiſſe vñ
ſubdiꝭ [recordat9 eſt Petrus verbi Jeſu
q̄đ dixerāt: pri9 q̄̄ gall9 cātet: ter me ne
gabis.] Dicit hic btūs Lucas q̄đ xp̄s pe
trū reſpexit: ⁊ tūc petr9 cōpūct9 eſt. Iſtuʒ
A tñ reſpectū Augu. dicit fuiſſe ſpūalē: q̄ꝛ. ſ.
ei9 miſert9 eſt. Nā corpalr vr̄ fuiſſe ipoſ
ſibile φ eū aſpexerit: q̄ꝛ petr9 erat foris et
deorſum: vt ex dictis ptʒ. [Et egreſſus fo
ras] extra domū. Iuit eñ vt đt magr̄ hi.
ad cauernā q̄ mō đr gallicāt9: ⁊ in ea [Fle
uit amare] ⁊ ex tūc ꝯſueuit ſemꝑ ad pmaʒ
gallorū cātū ſurgere ad orationē vſq̄ ad
horā matutinā: vt hꝭ in itinerario Clemē
tis ꝓ iſta negatiōe. Nō tñ vr̄ φ ad ſpelū
cam illā iuerit ſubito: vel ſi iuit: in ea pa
rū ſtetit q̄ꝛ Marcus videꝭ velle φ fuerit
in domo Anne. ¶ Quantū aūt ad tertiū
i. q̄ñ xp̄s fuit ſententiat9 đr [Mane autē
facto] Nā tota nocte illuſerant ei poſtq̄̄
ſe dei filiū dixerat. [Cōcilium inierūt oēs
principes ſacerdotuʒ ⁊ ſeniores ppl̄i ad
uerſus Jeſum vt eū morti traderēt.] Hoc
B cōcilium hic a beato Mat. poniꭍ ꝑ reca
pitulationē. Fuit eñ factuʒ anteq̄̄ Jeſus
ſe fatereꭍ filiū dei: vt innuit Mag. hiſto.
Et hoc eſt rōnabile. Ex quo eñ iā eū ad
mortē cōdēnauerāt tanq̄̄ reū mortis: ad
q̄d feciſſent ꝯciliū vt eū morti traderent.
Fecerūt ergo hoc ꝯciliū q̄ñ voluerunt in
uenire teſtes ad cōuincēdū euʒ. Quāuis
etiā rōnabile ſit vt cōcilium fecerint q̄ño
p̄ſidi reum mortis ꝓbarēt. [Et vinctum
adduxerunt: ⁊ tradiderūt pōtio pilato.]
Hiero. Habebant enim hunc morē vt ſi
queʒ adiudicaſſent morti ligatum iudici
traderent. Hec ille [preſidi]. i. poteſtati.
De noie autem Pilati diximus ſabbato
poſt. iij. dñicam Aduētus. [Tunc videns
iudas qui tradidit eum φ dānatus eſſet:
penitentia ductus retulit triginta argen
teos principib9 ſacerdotum: ⁊ ſeniorib9:
dicēs. Peccaui tradās ſanguinē iuſtuʒ.]
C Sicut aūt dicit Aug. nō eſt certa dies in
qua iudas argēteos retulerit. Uñ q̄dā di
cunt: φ hoc fecit audita reſurrectiōe quā
futurā nō credebat. Quidā φ viſis ꝓdi
gijs in hora mortis xp̄i. Quidā autem φ
q̄̄ primū vidit Jeſum datuʒ in man9 p̄ſi
dis. Tūc eñ erat iā morte dānatus quo
ad iudeos: ⁊ credidit φ etiā a pilato dā
naretur ad cōplacētiā principum. Iſtud
autē magis videꭍ conſonum euangelio.
Qualitercūq̄ tñ fuerit ip̄a ei9 pnia inuti
lis fuit q̄ꝛ caruit ſpe venie. vt ptʒ in textu
[At illi dixerūt. Quid ad nos] ſcʒ ptinet D
[Tu videris]. i. videbis ſi bñ vel male fe
ciſti [⁊ ꝓiectis argēteis in tēplo abiēs la
queo ſe ſuſpēdit] ⁊ crepuit vt đt beat9 Pe
tr9 Act. ij. Sicut eñ dicit Magi. hiſt. cre
diꭍ rupto laqueo cecidiſſe ⁊ ſic crepuiſſe.
[Principes aūt ſacerdotū acceptis argen
teis dixerūt. Nō lʒ eos mittere]. i. remitte
re ſm Magi. hiſto. [in corbonā vñ. ſ. eos
tulerāt vt idē dicit. Eſt aūt corbona vas i
quo vota ⁊ oblatiōes populi reponebāꭍ
q̄ꝛ corbā hebraice idē eſt q̄đ mun9 votiuū
latine vt dicit magiſter hiſt. [Q̄ꝛ p̄ciū ſan
guinis eſt.] Iſti ſtulti reputabāt mortem
xp̄i iuſtiſſimā: ⁊ tñ p̄ciū eius reputabāt
prophanum: vnde conuerterunt illud in
vſum pro mortuis. [Concilio auteʒ inito
emerunt ex illis agrum figuli] i. cuiuſdā
viri qui ſic dicebatur: eo φ figulus eſſet
ſm Mag. hiſto. Uel ly figuli: vt idē dicit E
eſt ꝓpriū nomen: vel ſm alios ager figu
li dicebatur: q̄ꝛ ibi q̄lbet figulus inueni
re poterat terrā aptā vſui ſuo [in ſepultu
rā peregrinorū. Propter quod vocat9 eſt
ager ille Acheldemach. hoc eſt ager ſan
guinis: vſq̄ in hodiernuʒ diē. Tunc iple
tū eſt q̄đ dictum eſt ꝑ Hieremiam ꝓphe
tam dicentē.] ¶ Contra: q̄ꝛ in lib. Hier.
iſta nō inueniuꭍ. Ad hoc diciꭍ Primo
ſm Hiero. φ ly Hieremiam: non eſt de
textu: nec in antiquis libris inueniꭍ. Et
tunc quod dicitur prophetam: debemus
intelligere Zachariam: quia Zacharie. x.
habetur iſta ſententia: q̄uis nō iſta ver
ba. Apoſtoli enim plerunq̄ allegauerūt
ſententiā cōtemptis verbis. Scđo dato φ
ly Hieremiam: ſit de textu diciꭍ φ lʒ iſta
autoritas nō reperiaꭍ in lib. Hiere. queʒ
F habemus: tamen reperiꭍ in alio qui non
eſt de canone biblie. Uñ Hie. refert ſe in
quodaʒ libello qui Hieremie aſcribebaꭍ
iſta legiſſe de verbo ad ꝟbum. Tertio đr
φ ſm Hiero. in lib. de optio gñe inter
ꝓtādi: iſta autoritas ſentētialiter ſumpta
eſt partim Zach. xj. partim Hie. xxxij. ſʒ

iniuſte coegerūt ad pſonale on9 vt.ſ.pſo
naliſ ſeruiret in portādo crucē xp̄i. Et ēm
angaria onus perſonale tm̄ per angaria
vo onus pſonale ⁊ reale. vt cū qs aliqd
ſuis expenſis facit [vt tolleret crucē ei9] ſʒ
qꝛ dr̄ Jo. ꝙ xp̄s portauit crucē ſuā opʒ di-
cere ꝙ xp̄s eā p aliquā vie partē portauit:
ſʒ qꝛ feſſus erat ipoſuerūt eā alij. Uel opʒ
dicere ꝙ ſi nō adiuuerit xp̄m: ita ꝙ ambo
portabāt. ⁊ hoc innuit Lu. dicēs. Et impo
G ſuerūt ei crucē portare poſt Jeſum. [Et ve
nerūt in locū q̄ dr̄ golgotha: qd̄ eſt calua
rie loc9.] Scd̄ʒ mag. hiſt. ille loc9 dicebat
caluarie vl' caluariaꝝ loc9: qꝛ ibi decolla
bant rei: ⁊ erāt ibi multa oſſa capitū hu-
manoꝝ. Calcaria ēm ꝓprie eſt os capitis
humani. Sctūs aūt Amb. ſup ep̄lam ad
Ro. dicit ibi ſepultū eſſe Adam ⁊ ab eius
caluaria ſic appellatū eſſe locū. Sed vt di
cit idē mag. hiſt. iſta credunt a falſarijs
fuiſſe inſerta dictis Amb. Lʒ ēm Adam
habitauerit in hierl'm: vt dicit Hier. Ad
marcellam in ep̄la q̄ incipit menſuram
charitas. in qua etiā dicit ꝙ fuit ſepultus
in loco caluarie: ⁊ ex alioꝝ opinione lo
H quens vt credo: tn̄ idē ſup Mat. dicit ꝙ
adam fuit ſepult9 in ebrō: vt patet Joſue.
xiiij. Un̄ ebrō antiq9 dicebat cariathar
be. i. ciuitas q̄tuor. qꝛ quatuor magni pa-
triarche ſunt ibi ſepulti cū vxoribus ſuis
ſcʒ. Adā ⁊ eua. Abraā ⁊ ſara. Jſaac et re-
becca: Jacob ⁊ lya. Et lʒ ebron nō ſit hie-
ruſalē: eſt tn̄ ei vicina. Un̄ in eadem terra
paſſus eſt dn̄s ⁊ habitauit ac ſepult9 eſt
adam. Et paradiſus etiā terreſtris videt
ſub eadē regione eſſe verſus orientē: qꝛ il
la regio eſt temperatiſſima: vt dr̄ ab al-
berto de natura locoꝝ: q̄ dicit ꝙ optima
habitatio eſt ſub paralello trāſeunte per
Rodū inſulā. Dicit aūt. ſ. Tho. iij. q. xlvj.
ar. x. ad. iij. ꝙ cōuenienti9 eſt xp̄m eſſe cru
cifixū in loco dānatoꝝ q̄ iuxta ſepulcrū
I ade: in ſignū ꝙ nō ſolū p originali pctō
ſʒ etiā p actualib9 moriebat. Eſt aūt no-
tandū ꝙ nō eſſet ɔtra fidē neqꝫ ɔtra ſcri-
pturā expreſſe tenere ꝙ adam ſepultus
fuerit in hierl'm: lʒ ſit falſum. Sʒ ɔtra pri
mo qꝛ ebrō dicebat antiq9 cariatharbe
i. ciuitas q̄tuor. ſ. p̄triarchaꝝ. Dico ꝙ ſm a
liquos dicebat cariatharbe. i. ciuitas ar
be p̄ris. ſ. Enoch: vl' ciuitas quatuor gigā

tū ibi ſepultoꝝ. ſ. Achimā ſir: Et ſai: Thal
mai: ⁊ p̄ris eoꝝ. Sʒ ɔtra iter ſcd̄o: qꝛ Jo-
ſue. xiiij. dr̄ ꝙ ibi. ſ. in ebrō Adā maxim9 ſe
pult9 eſt. Dico ꝙ Adā ſʒ aliqs eſt nomē
appellatiuū: lʒ appropriet primo hoi: vn̄
idē ē dicere: Adā maxim9 ꝙ hō maxim9 K
Et ſic ſcd̄ʒ aliquos ibi adā ſtat p hoie p-
mo: ſʒ aliquos p quodā gigāte: ſm alios
p abraā. Et ɔfirmat: qꝛ dr̄ adā maximus
ad differentiā minoris: quē nō eſt facile
fingere qs fuerit: niſi ſumat adā p hoie.
Cōfirmat ēt: qꝛ Amb. ēt i. xix. ep̄la ad orū
cianū tʒ adā ſepultū fuiſſe in mōte calua
rie. [Et dederūt ei bibere vinū cū felle mix
tū] Jo. dr̄ ꝙ erat acetū. Mar. vero ꝙ erat
vinū myrrhatū. Dicit autē Aug. de ɔſen.
euā. ꝙ Mat. poſuit fel p amaritudie. Ui-
nū ēm myrrhatū eſt amariſſimū. Qd̄ aūt
dicit Joan. ꝙ fuit acetum: dr̄ dupl'r. Uno
mō qꝛ illud vinū erat acetoſum. Ad cui9
euidentiā ſciēdū eſt ꝙ in quodā libro he
breoꝝ q̄ intitulat Judiciū ordinariorum
ſcribit: ꝙ qꝛ Salomō dixerat Prouerb.
xxxj. Date ſicerā. i. potū inebriatiuū me
rentib9: ⁊ vinū his q̄ amaro ſunt aio vt L
bibāt ⁊ obliuiſcant egeſtatis ſue: ⁊ dolo
ris ſui nō recordent ampli9. Jdeo ſenio
res iudeoꝝ occaſione dicti Salomonis
ſtatuerunt vt morte dānatis daret vinū
aromaticū vt poſſent facilius mortē to-
lerare. Jn hierl'm aūt erāt mulieres de-
uote: q̄ ex pietate ⁊ deuotione hoc vinū
dabāt. Judei ergo cupiditate ⁊ crudeli-
tate ducti: tale vinum pro ſe acceperunt
iuxta illd̄ Amos. ij. Uinū dānatoꝝ bibe
bāt. Loco aūt ei9 poſuerunt vinū aceto-
ſum cū felle. i. myrrha pmixtū. Poſſum9
etiā dicere ſcd̄o: ꝙ illud vas de quo dicit
Joā. ꝙ erat aceto plenū nō cōtinebat vi
nū aut potionē q̄ dabat dānatis ad exhi
larādum: ſed erat ibi p fetore cadauerū
vel alia cā puta qꝛ forte vt dicit Mag. hi
ſto. milites tulerāt ſecū vile vinum ad bi
bēdū: qd̄ ex ſolis calore verſum fuerat in
acetū. Un̄ Mat. q̄ dicit illd̄ vinū nō fuiſ
ſe felle mixtū: poſtmodū in ſequentibus
facit ēt mētionē de aceto. Un̄ illud ſcd̄m M
videt verū. Primū de iſto aceto Joan. di
cit ꝙ illud accepit: qd̄ de vino myrrhato
vel felleo negat. Primū vinū ꝙ dānatis
dabat a principio paſſionis dabat vt vr̄:



iſtud autē acetū fuit xp̄o in fine paſſiōis
oblatū. Un̄ eo accepto dixit: ɔſummatū
eſt ſm Jo. [Et cū guſtaſſet noluit bibere]
A Marc9 dicit ꝙ nō accepit. ſ. ad bibēdū:
accepit tn̄ ad guſtādū [poſtq̄ autē cruci-
fixerūt eū] i medio duoꝝ latronū: ⁊ dicen
te: p̄r ignoſce illis [Diuiſerunt veſtimēta
ei9]. ſ. i q̄tuor ptes ſm q̄tuor milites q̄ eū
crucifixerūt: vt dr̄. Jo. [mittētes ſortē] ſup
tunica incōſutili: vt dr̄ Jo. qꝛ eā diuidere
noluerūt [vt ipleret qd̄ dictū eſt p ꝓphe-
taꝫ]. ſ. Dauid. Quis ſm Hier. hoc nō ſit
de textu Mat. ſʒ Jo. [dicētē. Diuiſerūt ſi-
bi veſtimēta mea] alia. ſ. a tunica icōſuti-
li [⁊ ſup veſtē meā]. i. tunicā pdictā [miſe-
rūt ſortē] nolētes eā p diuiſionē deſtrue-
re [⁊ ſedētes ſeruabāt eū] ne an̄ mortē de
cruce raperet. [Et impoſuerūt ſup caput ei9
cām ipſi9]. i. cām mortis ſue [ſcriptā] Con
ſueuerāt ēm ſic iudei facere morte dāna-
tis. Hec aūt fuit cā. [Hic ē Jeſ9] nazare-
nus vt addit Jo.] rex iudeoꝝ]. i. q̄ iō dam
nat9 eſt qꝛ ɔ̄ ceſaris volūtatē voluit ſibi
vſurpare regnū iudeoꝝ. Scripſit aūt hec
Pilat9 ſm aliqs deriſorie: qꝛ nō crede-
B bat ita eē. Ul' ad iformādū aſpiciētes de
malitia iudeoꝝ q̄ ſuū regē crucifixerunt.
Un̄ ad eoꝝ iſtātiā noluit titulū mutare.
Fuit aūt iſte titul9 ſcript9 hebraice: grece:
⁊ latie ſm Lucā ⁊ Jo. vt oēs legere poſ-
ſent. Fuit autē ɔtrouerſia iter pilatū ⁊ iu-
deos p eo ꝙ illi nolebāt ꝙ ſcriberet rex
iudeoꝝ. ſʒ qꝛ ſe dixit regē iudeoꝝ: ſʒ Pila
tus nō acqeuit eis: vt dr̄ Joā. Sicut antē
dr̄ Mag. hiſt. i cruce dn̄i q̄tuor ligna di-
cunt fuiſſe. ſ. trūc9: lignū trāſuerſuꝫ: ⁊ ta-
bula cū clauilla infixa ſup caput Jeſu: ⁊ li
gnū defoſſuꝫ in terra cui infixa erat crux.
Et forte vt dr̄: oia illa ligna erāt diuerſa:
qꝛ lignū crucis inuenit eē palme ⁊ cypꝛeſ-
ſi: ⁊ vt qdā tradūt oliue ⁊ cedri. Dū autē
crucifigeret dn̄s: ſicut dicit Lu. orabat p
crucifixorib9] tūc crucifixi ſunt cū eo duo
latrones: vn9 a dextris ⁊ vn9 a ſiniſtris]
vt videret ⁊ ipe tāq̄ latro vl' vitioſus iu-
ſte dānat9. [Pretereūtes aūt blaſphema
bāt eū]. ſ. vulgares [mouētes capita ſua ⁊
C dicētes vah] iteriectio eſt ſubſannātis vl'
irridētis [q̄ deſtruis tēplū dei ⁊ in triduo
reedificas. Salua temetipſum ſi fili9 dei
es: deſcēde de cruce.] Silr̄ ⁊ pncipes ſa-

cerdotū illudētes cū ſcribis ⁊ ſeniorib9
dicebāt. Alios ſaluos fecit ſeipm nō pōt
ſaluū facere. Si rex iſrl' eſt: deſcēdat nūc D
de cruce ⁊ credim9 ei. Cōfidit i deo libe-
ret eū nunc ſi vult. Dixit ēm qꝛ filius dei
ſum. Jdipm aūt ⁊ latrōes q̄ crucifixi erāt
cū eo iproperabāt ei] Cōtra: qꝛ Luc. dr̄ ꝙ
vnus aliū increpabat. Ad hoc dr̄ dupl'r.
Pro ſʒ Aug. ꝙ Mat. dr̄ latrones id fe-
ciſſe: qꝛ vn9 eoꝝ fecit eo mō quo ſocietas
dr̄ facere qd̄ aliqs de ſocietate facit. Se-
cūdo ſʒ Hie. ꝙ a pncipio ambo id facie
bāt ſʒ poſtmodū alter mirabilib9 que fie
bāt: penituit ⁊ ɔfeſſus ē regnū xp̄i: ⁊ ſtati
ei dn̄s padiſuꝫ pmiſit [A ſexta aūt hora]
hac ēm hora ſm Mat. ⁊ Lu. ⁊ Jo. vr̄ dn̄s
crucifixus: ſed Mar. dicit ꝙ hora tertia.
¶ Pro hoꝝ aūt itellectu ſciēdū ē ꝙ dies
artificialis duodecim ʒ horas ineqles: et
hora ſexta cōplet i meridie: ſʒ tn̄ he hore
ita cōputant: vt due vl' tres ſil' p vna po
nant: ſicut dicim9 /pria /tertia /ſexta /no-
na. Scd̄o ergo Aug. hora tertia fuit cru- E
cifix9 linguis iudeoꝝ: qꝛ. ſ. ſupplicauerunt
vt moreret. ex q̄ ſupplicatione ſecuta eſt
mors tādē multis adiunctis. Hora vero
ſexta manib9 militū: ſʒ ſm rei veritatē fuit
tp̄s mediū inter tertiā ⁊ ſextā horā: iō ab
vtroqꝫ extremo pōt denoiari. Un̄ Jo. dr̄
ꝙ erat hora q̄ſi ſexta. ſ. qꝛ iā trāſierat ter-
tia ⁊ currebat mediū inter tertiā ⁊ ſextā.
Et reuera credo dn̄ʒ crucifixū paulo an̄
vj. ⁊ i. vj. icepiſſe tenebras vt dr̄ Mat. cū
ſubiūgit [tenebre facte ſup vniuerſā ter-
rā]. ſ. iudee ſm aliqs [vſqꝫ ad horā nonā]
Hier. dr̄ has tenebras fuiſſe: qꝛ ſol retra-
xit lumē ſuū ſʒ loquit improprie vt dicat
ſol lumē retraxiſſe / qꝛ hoib9 nō lucebat
ipedit9. Ori. aūt dr̄ hui9 cām fuiſſe den-
ſiſſimas nubes. ſʒ Dio. ad Policar. dicit
hui9 cām fuiſſe lunā: quā ipe vidit vt di-
cit eclypſantē ſolē. Potuit autē vtraqꝫ cā
fuiſſe in iudea: vt. ſ. ſil' eſſent nubes ⁊ ecli
pſis. Fuerūt autē circa iſtā eclypſim mul-
ta miracula q̄ elicit. s. Tho. ex vbis Dio
ny. iij. q. xliiij. Primū qꝛ facta eſt in op- F
poſitione luminariū cū nunq̄ naturalr̄
fiat niſi in coniunctiōe. Scd̄m qꝛ de ſero
luna fuit viſa i loco ſuo in oriēte oppoſi-
ta ſoli diametralr̄: ita ꝙ miraclo remota
ē ad occidētē vt ſolē eclipſaret ⁊ poſt mi-

raculoſe reſtitutū eſt ei deꝑditū: ac ſi non
retroceſſiſſet. Tertiū q꞉ incepit obſcura-
re ſolē a pte oriētali: cum naturaliter fiat
G ecōtrario. Quartū q꞉ illa ps ſolis q̄ vltio
fuit obſcurata prio cepit lucere cū natu-
ralr ecōtrario fiat. Quītū addit Chry. q꞉
tribus horis durauit. ſ. a. vj. vſq₃. ix. Et ſi
q̄raſ q̄re de hoc aſtrologi nō fecerūt mē
tionē. Dicit ꝙ tunc nō aduerterūt: q꞉ nō
ꝯſyderabāt de eclypſi ſed ex alia cā talē
paſſionē crediderūt accidiſſe. Sꝫ Dioñ.
Exiſtens in egypto vbi raro ſunt nubes
vidit illā. Quāuis etiā quidē hiſtoricꝰ de
hoc vr̄ facere mentionē. Hec oia ex illo.
Poſt p̄dicta aūt vt colligiſ ex Jo. ⁊ alijs
euāgeliſtꝫ: xp̄s Joāni cōmēdauit ꝟginē.
Deinde dixit. Sitio: vt vr̄ [⁊ circa horam
ix. clamauit Jeſus voce magna di. Hely
hely: lamazabathani. Hoc eſt. Deꝰ meꝰ
deꝰ meꝰ vt q̄d dereliquiſti me] Sicut aūt
dr̄. Hi. nō derelīq̄t deꝰ xp̄ꝫ q̄ſi diuinitas
fuerit ab hūanitate ſeꝑata: ſꝫ q꞉ eum nō
defēdit ab aduerſarijs videbaſ q̄dā mō
eū dereliq̄ſſe. Et tn̄ notandū ꝙ ſicut ora-
H uit: Trāſeat a me calix iſte ad exprimen
dū ſenſualitatis motū: ita eodē mō hic ex
p̄ſſit hanc vocē. ſ. ad oñdēdū ſuū magnū
dolorē in ſenſu: ⁊ ꝯn̄r veraꝫ humanitatē.
[Quidā autē illic ſtātes ⁊ audiētes dice-
bāt. Heliā vocat iſte] iſti fuerūt romani:
vt dicit mag. hiſt. ⁊ Hier. q̄ nō intelligē-
tes hebraicū cuꝫ dn̄s dixit. hely: credide
runt ꝙ vocaret heliā. [Et ꝯtinuo currēs
vnꝰ ex eis acceptā ſpōgiā ipleuit aceto: ⁊
īpoſuit arundini ⁊ dabat ei bibere.] Sed
q̄re hoc fecit. Dico ꝙ hoc fuit: q꞉ vt dicit
Joānes: xp̄s dixerat. Sitio. Sꝫ ſi iſte erat
vnꝰ ex romanis q̄uō intellexit hoc? Ad
hoc dico ꝙ ibi aū crucē erat mr̄ xp̄i ⁊ mr̄-
ti: q꞉ vt dr̄ Jo. imediate aū p̄dictū verbuꝫ
xp̄s mr̄eꝫ Joāni cōmēdauerat. Jdō iſti ex
poſuerūt ei. [Ceteri ꝟo dicebāt. Sine vi-
deamꝰ an veniat helias liberās eū] Jſti
deriſorie loq̄banſ. Uel forte iā icipiebāt
interiꝰ tangi ⁊ inſpectione tenebraꝝ. ⁊ ex
magno clamore quē exiſtēs in extremis
I emittebat q̄ erat inſolitꝰ [Jeſus autē ite-
ruꝫ clamās voce magna emiſit ſpm̄] ⁊ in
hoc clamore vr̄ dixiſſe ſꝫm lucā: Jn manꝰ
tuas dn̄e ⁊c. ſꝫ Jo. Cōſummatū eſt ⁊ vtrū
ꝙ ſine dubio dixit ſꝫ priꝰ vt credo ꝯſum

matū eſt. Deide vltiate cū traditurꝰ eſſet
ſpm̄ cōmēdauit illū pr̄i di. Jn manꝰ tuas
⁊c. Ex his ptꝫ dn̄s in cruce ſepties eſt lo
cutꝰ. Primo ad patrē pro crucifixoribꝰ
orās. Scd̄o ad latronē ꝓmittēdo padi- K
ſum. Tertio iterū ad patrē clamās ſe de-
relictum. Quarto ad matrē ⁊ diſcipulū.
Quīto dicēs. Sitio. Sexto dicēs. Cōſum
matum eſt. Septio dicēs. Jn manꝰ tuas
⁊c. [⁊ ecce velum tēpli] qd̄ erat duplex: vt
pꝫ Exo. xxvj. vnuꝫ. ſ. qd̄ pēdebat aū faciē
tēpli. Aliud qd̄ pēdebat aū ſctā ſctōꝝ: ſi-
ue itelligaſ de hoc ſiue de illo [ſciſſuꝫ eſt
ī duas ptes a ſummo vſq₃ deorſuꝫ] ⁊ ſciſ-
ſio eiꝰ ſignificauit ꝙ ꝑ myſteriuꝫ xp̄i cō-
plete ⁊ ꝯſummāte erāt figure: ⁊ ꝯn̄r q̄ i ve
teri teſtō latebāt ſub velo figuraꝝ erant
publicāda. [Et terra mota eſt: ⁊ petre ſciſ
ſe ſunt: ⁊ monumēta apta ſunt: ⁊ mlt̄a cor
pora ſctōꝝ q̄ dormierāt ſurrexerunt] Et
ſi q̄dā ſurrexerūt tūc qn̄ monumēta ſunt
apta. i. aū reſurrectionē xp̄i: iteꝝ mortui
ſunt q꞉ xp̄s eſt priogenitꝰ mortuoꝝ. Ui-
de de hoc ī die paſche [⁊ exeūtes de mo-
numētis] hic fiat punctꝰ ſi ſurrexerūt aū L
xp̄m ⁊ ꝯn̄r iteꝝ ſunt mortui qd̄ rōnabiliꝰ
vr̄ [poſt reſurrectionē eiꝰ venerūt i ſctām
ciuitatē]. i. hierl̄m [⁊ appꝰuerūt multis. Cē
turio autē ⁊ q̄ cuꝫ eo erāt cuſtodiētes Je-
ſum: viſo terremotu ⁊ his q̄ fiebāt: timue
runt valde dicentes. Uere filius dei erat
iſte. ¶ Sꝫ nota ꝙ centurio maxie motus
eſt ex clamore xp̄i ī morte. q꞉ impoſſibile
eſt hoiem ita fortē vt clamare poſſit. ⁊ ſta
tim expirare ꝑ vulnꝰ priꝰ illatuꝫ. Et hoc
inuit Mar. di. Uidēs ꝙ ſic clamās expi-
raſſet dixit: vere ⁊c. Uide de hoc. ſ. Tho.
ſi vis: i p̄ncipio p̄mi q̄dlibeti [Erāt anteꝫ
ibi mulieres multe a lōge.] Contra: q꞉ dr̄
Jo. ꝙ ſtabāt iuxta crucē. Ad hoc dr̄ dupli
citer. Prio ꝙ ſtabāt a lōge reſpectu mili
tum: ſꝫ tn̄ ita ꝓpe erāt vt audirēt loquē-
tē: vt dr̄ Jo. Scd̄o ꝙ a p̄ncipio qn̄ fuit tu-
multꝰ ſtabāt a lōge: ⁊ poſtea ſtabāt ꝓpe
[q̄ ſecute erāt Jeſum a galilea miniſtran
tes ei. Jnter q̄s erat maria magd. ⁊ ma-
ria iacobi: ⁊ ioſeph mater: ⁊ mater filioꝝ
zebedei. Cuꝫ ſero aūt factū eēt venit q̄dā M
hō diues ab arimathia]. i. de arimathia
ciuitate q̄ olim dicebaſ ramata [noīe Jo-
ſeph q̄ ⁊ ip̄e diſcipulꝰ erat ieſu. Hic cum



eſſet nobilis ⁊ decurio] vt dicit Mar. i.
hn̄s ſub ſe. x. milites: vel decurio. i. decu-
ria ſiue curialis: [acceſſit ad pilatū] auda
cter. vt dr̄ Mar. q꞉ morte xp̄i erat factus
A animoſior [⁊ petijt corpꝰ ieſu. Tūc pilatꝰ
iuſſit reddi corpꝰ.] Tū q꞉ ioſeph erat no
bilis. Tū q꞉ ſciebat xp̄m iniuſte crucifixū
[⁊ accepto corpe ioſeph inuoluit illud in
ſyndone munda]. i. in pāno lineo. Uñ et
ſtatutum eſt ꝙ ſolū in tali pāno cōſecra
tio fiat euchariſtie: ⁊ nō in ſerico vl̄ alio:
eo qd̄ in tali fuit xp̄i corpꝰ inuolutū in ſe
pulcro [⁊ poſuit illud ī monumēto ſuo] ⁊
cōſequēter magnifico [nouo] ꝓpter reue
rentiam dn̄i: ⁊ ne dicerent iudei ſi fuiſſet
ibi priꝰ aliq̄s ſepultꝰ: ꝙ ille ſurrexiſſet et
nō xp̄s [qd̄ exciderat in petra.] Erat autē
vt dr̄ Beda factuꝫ tāq₃ quedā parua ca-
merula: ⁊ intꝰ erat locꝰ ad reponēdū cor
pus [⁊ aduoluit ſaxuꝫ magnū ad oſtium
monumenti ⁊ abijt. Erant aūt ibi maria
magdalene ⁊ altera maria ſedētes cōtra
ſepulcrum] de iſtis diceſ in ſabbato ſctō.
[Altera aūt die que eſt poſt paraſceueꝫ]
Eſt autē paraſceue. feria. vj. q̄ dicebaſ pa
raſceue. i. p̄paratio: q꞉ ſcꝫ in ea p̄parabā-
B tur cibaria ꝓ ſabbato. Cōuenerūt princi
pes ſacerdotū ⁊ phariſei ad pilatū dicē-
tes. Dn̄e recordati ſumꝰ q꞉ ſeductor ille
dixit adhuc viuēs: ꝙ poſt tres dies reſur
gam Jube ergo cuſtodiri ſepulcrū vſq₃ ī
diē tertium: ne forte veniāt diſcipuli eiꝰ:
⁊ furenſ eum ⁊ dicā plebi: ſurrexit a mor
tuis. Et erit nouiſſimꝰ error peior p̄ore.
ait illis Pilatꝰ. Habetis cuſtodiā]. i. ha
beatis ſiue accipiatis milites meos q̄ cu-
ſtodiāt ⁊ [cuſtodite ſicut ſcitis:] q꞉ nō eri-
tis deo cautiores [Jlli aūt abeūtes munie
runt ſepulcruꝫ] militibꝰ armatis [ſignā-
tes lapidē]. i. ſigillantes vt viderēt ſi ali-
quo modo moueref [cum cuſtodibꝰ] nō
quidā ſignatis: ſed ad ſignuꝫ deputatis?
Hec aūt quo ad hiſtoriā ⁊ literalē ſenſuꝫ
dicā ſunt breuit: q꞉ ſi me diffūdere voluiſ
ſem de hoc ſolo oportuiſſet librū ꝯficere.
☞ Paſſio dn̄i nr̄i Jeſu xp̄i ſꝫm Mar.
C Rat autē paſcha ⁊ azy-
ma poſt biduū: ⁊ q̄rebāt
ſummi ſacerdotes ⁊ ſcri
be q̄uō ieſum dolo tene-

rent ⁊ occiderēt. Dicebāt autē. Nō
in die feſto ne forte tumultus ⁊c.
Rat autē paſcha ⁊ azyma
poſt biduū] ⁊c. [Adoleſcēs
aūt quidā ⁊c.] Jſte ſꝫm ali- D
quos fuit iacobꝰ frater do
mini. ſꝫm alios ioānes euā
geliſta: ſꝫm alios aūt adu-
leſcēs de domo ī q̄ comederāt agnū [Ab-
ba pr̄] Abba idē eſt qd̄ pater: ⁊ ſcd̄m ali-
quos eſt hebraicū: ſcd̄m alios chaldaicū
[Anathematizare] id eſt iurare ꝑ execra
tionē [decurio]. i. vnꝰ de curialibꝰ. Decu
riōes eñ dicunſ q̄ ſunt de curia. vl̄ decu
rio dr̄ q̄ ſub ſe. x. milites hꝫ: ſicut cēturio
qui hꝫ centuꝫ [⁊ audacter ⁊c.] Prius eñ
erat diſcipulꝰ xp̄i: ſed occultꝰ. Uerū exē-
plo mortis xp̄i factus eſt animoſior. Cete
ra patent de dictis in paſſiōe ſꝫm Mar.
☞ Paſſio dn̄i noſtri ieſu chriſti ſe
dum Lucam.
Ppropinquabat dies
feſtꝰ azymoꝝ q̄ dr̄ paſ-
cha: ⁊ q̄rebāt p̄ncipes
ſacerdotū ⁊ ſcribe: q̄uō
Jeſum interficerēt ⁊c. E
[Ppropiquabat dies feſtꝰ
azimoꝝ qui dr̄ paſcha] ⁊c.
[Jntrauit ſathanas in iu-
dā]. ſ. ꝑ effectū ſuggerēdo
q꞉ iduxit eū ad malū [meā
cōmemorationē.] Nā eu-
chariſtie ꝯſecratio ē q̄dā paſſiōis xp̄i cō
memoratio. vt pꝫ. j. Co. xj. [ꝯtētio]. i. inq̄ſi
tio ſuꝑba [maior]. i. aptior ad regimē [bn̄
fici] a bn̄faciēdo [vocanſ] a ſubditꝭ adu-
lātibꝰ ſꝫm Cyril. [Nō ita erit iter vos]. i.
nō ambietis p̄matū: nec ex hoc vos ma-
iores reputabitis ꝙ alijs p̄latieritis [ex-
petiuit]. i. aggreſſus eſt ſuis tētatiōibus.
[Ego rogaui ꝓ te petre: vt n̄ deficiat fid.
tu.] ſ. finalr̄. Lꝫ eñ negauerit tn̄ penituit.
Uel ꝑ petrū itelligiſ nō ꝑſona ſꝫ offm̄: vt
petrꝰ ſit idē ſꝫm aliquos qd̄ pōtifex roma
nus cuiꝰ fides nūq₃ deficit. Sꝫ iſta expō F
patiſ infinitas q̄ōnes [ꝯfirma]. i. ꝯfirma-
bis memor ꝓprie fragilitatꝭ [q̄ hꝫ ſaccu-
lū] Uide de his dn̄ica. iiij. aduētꝰ [ꝙ ſcri-
ptuꝫ eſt] ſcꝫ Eſa. liij. [opꝫ impleri de me.
Et cum iniq̄s deputatꝰ eſt. Ecce duo gla

dĩ hic] Obliti pere de gladijs loquunt: qꝛ magr̃m defenſare volebãt. [Scitis ⁊c.] Unus enĩ enſis euaginatus quẽ iuſſit repoi ſufficiẽter oſtẽdit ꝙ xp̃s voluntarie patiebat. Alius nõ euaginatus oñdit qđ
G apl'i ñ ſunt pmiſſi facere, ꝙ licuiſſet: ⁊ ꝯñr ꝙ melior eſt patiẽtia ꝙ̃ defenſio ẽt licita [cõfortãs eũ] eo mõ quo cõfortat hõ ad pñtiã amicor. nõ aũt q̃ſi doceret eũ aliquid qđ neſciret [in agonia] dr autẽ agonia ab agone. nõ qꝛ ſenſualitas pugnaret cũ rõne: ſꝫ qꝛ pugnabat cũ morte quã horrebat. Sicut enĩ docet. s. Tho. in. iij. ſen. d. iij. par. ſenſualitas in xp̃o mouebatur ſicut rõ volebat. Ul' dr angonia per n: ab angogis. qđ eſt ꝓmere ⁊ ꝯtriſtare: ſed pmũ eſt veri9 [ſicut gutte ſanguis ⁊c.] ſm aliquos ex magna agonia exiuit aliquid de ſanguine poſt ſudores ſm alios fuit hoc ſupnaturale ad ſignificãdũ: vt dicit Augu. de corpe ſuo manatura martyria. ¶ Notãdũ ꝟo eſt ꝙ ſanguinẽ fudit xp̃s. Primo i circũciſiõe vt diſcas reſecare carnalia. Scđo in orõne vt ores feruenter. Tertio i flagellatiõe. Jo. xx. vt ſuſtineas aduerſa. Quarto i crucifixiõe añ mortẽ.
H Mat. xxvij. i remediũ pctõꝝ nr̃oꝝ. Quito in lanceatiõe. Jo. xix. i ſignũ ſacr̃oꝝ. Sexto i ipoſitiõe corone. Jo. xix. vt ſcias coronã regni nõ te poſſe delitijs cõprehendere [ptriſtitia] Triſtitia eſt de malo pñti qđ repelli nõ põt. Ergo ẽ cũ aggrauatiõe animi depſſi ſub pondere mali. ⁊ ꝯñr cũ ipedimẽto mot9 ſpũ ad organa ſenſuũ: q̃bus ſpiritib9 exercent opa vite. Jõ in triſtitia ceſſant iſta opa. Sicut ẽt fit in ſomno cauſato ex euaporatiõe ciboꝝ ad cerebrũ. Humores enĩ ingroſſati a cerebro rõne frigiditatis deſcẽdunt ad organa ſenſuũ: ⁊ obſtruũt meatus ſpũum ⁊ ſeqͥt ſomn9. [Sinite vſq; huc]. i. p mittendi ſunt vſq; ad hoc vt me cõprehendãt: vt dicit Aug. [Principes ſacerdotũ]. Ex quo pꝫ ꝙ lꝫ maior pars pncipũ expectarẽt in ciuitate tñ ibi fuerunt aliq̃ eoꝝ vt diligẽtius res agerẽt. [velauerunt]. i. poſuerũt velũ pre oculis [ſignũ aliqđ]. i.
I miraculũ [Et ipſe nihil r̃ndebat.] Tum qꝛ ille erat indignus videre miracula: qꝛ curioſitate mouebat. Tum qꝛ liberaſſet xp̃m ſi feciſſet miracula: aut fuiſſet locut9 q̃ ei placuiſſent [indutũ veſte alba] Sic enĩ tũc illudebat fatuus [Nã antea inimici erãt adinuicẽ] Cã aũt erat: qꝛ vt dicit Cyrill9. q̃dã Judas galile9 de quo hr̃
K Act. v. ſuaſit multis ne ceſari tributa preſtarẽt: ⁊ quadã die eo ſacrificãte cum ſocijs [lꝫ nõ habeat ibi] pilat9 eos occidit. Sꝫ magi. hi. dicit ꝙ q̃dã magus dicẽs ſe dei filiũ multos galileos ſeduxit. Et dũ ſacrificarẽt in mõte garizim vñ dixerat ſe aſcẽſurũ in celũ: pilat9 eos occidit. Et fuit indignat9 herodes qđ ſubditis ſuis pilat9 inferret mortẽ [veniẽt dies]. i. deſtructiõis hierl'm [Beate ſteriles] Nam quedã mater tũc filiũ ſuũ comedit. vt teſtatur ioſeph9 [Cadite]. i. vtinã caderent ſup nos mõtes ⁊ occiderẽt: ne tãtis malis efficeremur. [Qꝛ ſi in viridi ligno]. i. in xp̃o apto ad fructificãdũ [hec faciũt] iudei: q. d. me occidũt in arido. i. in pp'lo iudaico arido ⁊ inciſione digno [q̃d fiet] id eſt q̃ vindicta erit ſup eũ. quaſi di. magna [nequã]. i. iniqui ⁊ mali. [qꝛ neſciunt
L q̃d faciũt]. ſ. ſimplices ⁊ illiterati decepti a maiorib9. q̃ bñ ſciebãt ſe occidere xp̃m quẽ cognouerũt heredẽ [in paradiſo]. i. in viſiõe dei. Statim enĩ mortuo xp̃o oẽs ſufficiẽter purgati viderũt deum. Unde ſi latroni ſunt in cruce peccata dimiſſa quo ad culpã ⁊ penã. vt innuunt verba xp̃i: ſtatim poſt mortem fuit btũs lꝫ non fuerit in paradiſo. i. in loco paradiſi ſeu in celo [⁊ ſabbatũ illuceſcebat]. i. incipiebat. qꝛ. ſ. ſolennitas ſabbati incipiebat in veſperis precedentis diei.

☞ Paſſio dñi noſtri ſm Joanniem.

Egreſſus ieſus] ⁊c. [Sciebat aũt ⁊ iudas q̃ tradebat eũ locũ.] Sꝫ q̃uo hoc pſciuit cũ añ cenã cõpletã exiuerit. R̃ndet. s. Tho. ⁊ Chry. ꝙ xp̃s in magnis feſtiuitatib9 ꝯſueuerat diſcip'los ducere ſeorſum: ⁊ de feſto docere aliqua ſublimia q̃ fas nõ erat alios audire. Jõ iudas exiſtimauit qđ tũc illud faceret in mõte: ⁊ i orto. Hec ille. Quib9 addere poſſum9 qꝛ ſm
M Au. cõſueuerat xp̃s poſt cenã illuc ire: et qđ hẽbat exploratores iudas poſt xp̃m ſicut hẽbat armatos [Cũ accepiſſet cohortem ⁊c.] Dixit ſanc. Tho. ꝙ iudas tenuit



oẽs modũ ne effugeret. Nã ⁊ contra turbas arma ⁊ cõtra tenebraꝝ latebras lumina habuit: ⁊ cõtra potẽtes habuit co-
A hortẽ. ne. ſ. q̃s impediret operãtẽ p ptãtẽ publicã: ⁊ ꝯtra zelãtes p lege habuit miniſtros phariſeoꝝ ⁊ põtificũ. ne. ſ. q̃s egre ferret ꝙ eũ caperet p romanos. [Ego ſũ.] In hoc ſꝫ. s. Tho. oñdit ꝙ ẽt a iuda non cognoſcebat ẽt ad vocẽ. qꝛ ẽt ſcđa vice idẽ repetiuit. ſ. ego ſũ [ceciderũt i terrã] ꝓſtrati ꝟbo xp̃i. Ex q̃ euidẽter patuit ꝙ fugere nolebat. Sꝫ quare nõ fuerũt ꝯuerſi viſo tali miraculo? Ad hoc dico ꝙ erãt dure ceruicis. Nõne multa alia fecerat maiora qꝛ fecit i ſuo tãſitu: ⁊ tñ nõ ſunt ꝯuerſi? [vt impleret ſermo quẽ dixit]. ſ. ip̃e dñs añ paſſionẽ [Nõ pdidit ex eis quẽq̃]. i. nõ pmiſi mori corpe vl' ſpũ finalr̃] Hoc enĩ dixerat ẽt de ſalute corpali diſcipuloꝝ. Inde tñ ip̃e excepit iudã q̃ ſpũalr̃ ⁊ corpalr̃ periit. [Et ali9 diſcipul9]. i. Joãnes erat [notus põtifici] qꝛ. ſ. portabat ibi piſces. vt dicit. s. Tho. miſſ9 a patre. [Ego palã locutus ſum. [¶ Sed cõtra qꝛ multa ꝓpoſuit diſcipulis ſeorſum in parabolis vt patet Matt. xvj. R̃ndet. s. Tho. i. qđ dicta duodecim apl'is nõ reputabant dici in occul-
B to. Scđo ꝙ nõ ꝓponebat ea diſcipulis in tentione occultãdi. Tertio qđ dñs hic loquit de doctrina quã pp'lo tradidit quã illi nõ ꝓpoſuit in conuenticulis [Interroga eos q̃ audierũt:] q̃ i hac re tibi ſunt credibiliores [ſi male locut9 ſum ⁊c.] Sꝫ cõtra qꝛ videt xp̃s facere ꝯtra doctrinã ſuã. Matt. v. vbi dicit. Si quis te pcuſſerit in vnã maxilla pbe ei ⁊ aliã Ad hoc dicit Aug. ꝙ illud pceptũ ⁊ ſilia nõ intelligunt data abſolute: ſed ſolum ſm ppationem ai vbi expediret ad honorem dei ⁊ vtilitatẽ eccleſie vbi ꝟo expedit r̃ndere r̃ndẽdũ eſt. vt hic fecit xp̃s [A caiphi. in ꝑtoriũ aliq̃ textus habent ad caipham. ſed ſunt incorrecti vt pꝫ in greco teſte. s. Tho. Dato tñ hoc dicit. s. Tho.
C poſſe dici ꝙ Anna ꝑuenerat eos q̃ ducebãt xp̃m ad pilatũ vt eũ informaret. Uel q̃ ꝑtorium ꝑſidi erat in domo anne: i q̃ſi tãq̃ i ſpacioſas ꝑſes hoſpitabat. Sꝫ vt dicit in greco habet a Caipha in ꝑtorium. Sed cõtra: qꝛ adhuc euangeliſta nõ dixerat xp̃m fuiſſe ductũ ad caiphã ⁊ ꝯſequẽter nõ debuit dici a caipha. Dico ꝙ hoc dixerat iplicite cũ dixerat ꝙ duxerũt eũ ad Annam pmũ. Erat enĩ ſocer caiphe. In hoc enĩ ꝙ dicit pmũ. ſubintelligit qđ ſcđo duct9 ſit ad caiphã. Itẽ cõtra. qꝛ dicit Jo. ꝙ ipſi. ſ. ſacerdotes nõ introierũt pretoriũ ergo caiphas nõ ꝑceſſit: quaſi pilatum informaturus. Dico ꝙ verum eſt: ſed tñ ſi illud dicatur dici põt qđ erat ꝓpe ꝑtorium: ⁊ ibi preſidem informabat [manducarent paſcha]. i. panes azimos qđ ſm. s. Tho. licite ſolũ mũdi edebant [nobis nõ licet interficere quẽq̃] qꝛ. ſ. ſm s. Tho. romani eis abſtulerant ptãtem ſanguinis. Uel hoc dicunt ratione ſolennitatis. ſed primum eſt melius: qꝛ vtiq; poterant eum conſeruare vt poſt paſcha pduceretur ad mortẽ. ¶ Sed q̃uo occiderũt Stephanũ Act. vij. R̃ndet. Chryſ. ꝙ romani cõceſſerant vt iudei legitimis ſuis vterent. Erat autẽ mors lapidationis inflicta p legẽ ⁊ conſequenter eis conceſſa. non autẽ mors crucis que erat execrabilior: ⁊ quã tanq̃ turpiſſimã intendebant [nũquid ergo iudeus ſum. q. d. ex me iſta non concepit [Regnũ meũ non eſt in hoc mundo]. i. tpale quaſi di. Sum q̃dem rex ſꝫ nõ talis q̃lis ceſar. [Ois q̃ eſt ex veritate]. i. q̃ ex ꝑte eſt ꝟitatis: qꝛ. ſ. eam diligit ⁊ ſeqt. [Quid eſt ꝟitas. Ad hoc nõ r̃ndit xp̃s qꝛ pilat9 coact9 eſt exire ad clamores iudeoꝝ [Ecce homo]. q. d. Et ſi in aliquo male egit ſatis: ⁊ vltra punit9 eſt. [Jeſus aũt r̃nſum nõ dedit ei [Primo quia erat idololatra ⁊ ꝯſequẽter ſecũdum aliquos indiſpoſitus ad audiendã gñationẽ verbi. Scđo ne impediret ſua paſſio [Niſi tibi datum eſſet deſuper]. i. niſi de9 permitteret: nã de iure nihil põt cõtra me cum ſim innocens. [Propterea qui tradidit me tibi]. i. populus iſte [maius paccatum hꝫ [. ſ. q̃ tu q̃ ſolo reſpectu humano duceris [licoſtratos [vel melius p t. [lithoſtratos]. i. lapidum ſeratura a lithos lapis ⁊ ſtratos pauimentum: ⁊ eſt nomen grecũ. F
[Erat autem tunica incõſutilis [Hoc dupliciter exponit. Primo ſm Chry. mentẽ ſic. Erat inconſutilis. i. paucas hñs ſuturas In paleſtina enĩ: vt ait: paupes accipiebãt duos panos: ⁊ eos ꝯſerendo faciebant veſtẽ [deſup cõtexta] alio pãno ad

maiorē fortitudinē. Tales eñ erāt pau
perū veſtes. Et hic notaꝛ vilitas veſtiū
xp̄i. Alio mō ſm mag. hiſt. ſic. Erat incō
ſutilis. i. ſine ſutura. Erat eñ reticulato
G opefacta: deſup ꝯtexta p totū. i. in ſupe
riori pte ſup humeros hñs pānū, ex trāſ
uerſo admodū corrigie in pelliceis. De
hac tunica ferꝛ q̄ eā puero Jeſu fecerit
mr̄/ꝛ q̄ cum creſcēte creuerit. Hoc autē
non eſt incredibile quo ad hoc q̄ mr̄ ſic
fecerit ſi ꝯſideremꝰ q̄ntū dilexerit talē fi
lium neq̄ q̄ ad hoc q̄ ſic creuit: ſi tales
q̄d legimꝰ factū circa filios iſrl' i deſerto
vt patet. Deu. viij. [Maria cleophe ꝛc.]
Ex hoc loco ptꝫ q̄ cū legiꝛ: cleophe iter
mulieres q̄ iducūꝛ circa xp̄i morte ꝛ re
ſurrectionē: ſemp ſubaudiēdū eſt. lꝫ ma
ria [i ſuā]. ſ. curā ꝛ diligētiā vel i ſuā ma
trē. Aliq̄ āt legūt i ſua neutralr ſꝫ male:
q̄ Joānes nihil habuit vbi v̄ginē exci
peret [hyſopo circū] Quidā vt d̄r Theo.
p hyſopū itelligūt arūdinē i q̄ ſm alios
euāgeliſtas obtuleꝛt xp̄o ſpōgia: q̄ hꝫ fo
H lia ſilia arūdini. Magi. aūt hi. d̄r q̄ ſpō
gia fuit i arūdine p hyſopū circūligata
Forte āt q̄ arūdini erat vinctꝰ baculꝰ ex
hac herba. vt altiꝰ ſpōgia eleuareꝛ. Crux
eñ dñi fuit eminēs: q̄ vt d̄r in a. hiſt opi
nio ē q̄ cōſurgeret i altū pedibꝰ q̄ndeci.
erat eñ magnꝰ dies ille ſabbati] q̄. ſ. et
erat ſabbatū: ꝛ era ſolēnitas paſchalis.
[Exiuit ſāguis ꝛ aq̄] Dixit aūt mag. hiſt.
q̄ iſte miles cū caſu de ſāguine oclos re
tigiſſet q̄ iā fere caligauerāt clare vidit
[Et q̄ vidit]. i. ego ipe: q̄ iter fui [vt ſcriptu
ra ipleretꝛ]. ſ. Exod. xij. q̄ loq̄ꝛ de agno pa
ſchali q̄ fuit expſſa figura xp̄i dicēs q̄ eiꝰ
oſſa frāgi nō deberēt [ꝛ iterū alia] Zach.
xij. [Uidebūt]. ſ. iudei i die iudicij cicatri
ces xp̄i [i quē trāſfixerūt] lāceā mediāte
milite. Lr̄a tñ hiero. hꝫ. Aſpicient ad me
quē cōfixerūt: ſed eſt eadē ſnia: q̄ pphe
ta loq̄ꝛ i pſona xp̄i: iō loq̄ꝛ i pria pſona ſꝫ
euāgeliſta refert hoc ad xp̄ꝫ loquēs iter
tia pſona. Uñ idē diuerſis v̄bis expſſerūt
De hora āt cene dñi: ꝛ paſſiōis eiꝰ. Pau.
I bur. facit lōgū ſermonē i ſuis additiōi
bꝰ ad iſtico. de lyra. Aliꝛ tñ ſoluūt docto
res q̄ ipe. Uide de hoc. s. Th. iij. q. lxvj.
arti. ix. vbi videtur omnia enucleare.

Sabbato ſancto paſche.

VEſpere autē ſabbati q̄
luceſcit i p̄ma ſabbati
venit Maria megda
lena ꝛ altera maria vi
dere ſepulcrū. Et ecce K
terremotꝰ factꝰ ē magnꝰ. Angelꝰ āt
dñi deſcēdit de celo: ꝛ accedēs re
uoluit lapidē ꝛ ſedebat ſup eū. Er
at āt aſpectꝰ eiꝰ ſicut fulgur ꝛ veſti
mēta eiꝰ ſicut nix. p̄ timore āt eiꝰ ex
territi ſunt cuſtodes ꝛ facti ſunt ve
lut mortui. Rñdēs aūt āgelꝰ: dixit
mulieribꝰ. Nolite timere vos. Scio
enim q̄ Jeſum q̄ crucifixꝰ eſt q̄ritis
Nō ē hic: ſurrexit eñ ſicut d̄r.Ueni
te ꝛ videte locū vbi poſitꝰ erat do
minꝰ. Et cito eūtes dicite diſcipu
liꝰ eius: q̄ ſurrexit. Et ecce prece
det vos in galileā ibi eū videbitis
ecce predixi vobis.

VEſpere autem ſabbati que
luceſcit in p̄ma ſabbati ꝛc L
Matt. xxviij. In p̄nti euā
gelio incipit narrari xp̄i
reſurrectio que tamen in
ſequēti nocte facta fuit et
hoc forte q̄ ſicut dixit. b. Tho. ſup Jo. in
nocte reſurrect. fideles ſolēnizāt. ꝛ i. iiij.
di. xiij. dicit q̄ in p̄mitiua eccl'ia i illa no
cte miſſa cātabaꝛ: ꝛ ex hoc arguit: q̄ in
miſſa hodierna i orōne d̄r. Dñs q̄ hāc ſa
criſſimā noctē ꝛc. Ex his aūt v̄bis. s. th.
ptꝫ q̄ nūc d̄r miſſa i die: q̄ tūc dicebaꝛ in
nocte. iō p̄ns euangeliū inſtitutū eſt pri
mo recitari i nocte illa: ꝛ nūc recitaꝛ i die
habito: tñ reſpectu ad noctē in q̄ iſtitutū
eſt legi. Tāgūꝛ ergo in ea tria pūcta q̄
ſunt. Uiſitatio: Apparitio: ꝛ annūtiatio.
¶ Quātū ad p̄mū tangūꝛ q̄uo mulieres
ſctē voluerūt viſitare xp̄i ſepulturā. Sciē
dū eſt aūt q̄ p̄ncipiū euāgelij huius eſt
aliqualr obſcurū ꝛ tā varie ſunt ſup eo
expoſitiones q̄ ſi oēs adducerenꝛ oino
cōfundereꝛ ingeniū. Sciendū eſt ergo M
primo: q̄ heſperus ſtella eſt q̄ ſero appa
ret poſt ſolis occaſum: ꝛ mane etiā ante
ſolis ortū: ſed diuerſis tēporibus. eſt eñ
idē q̄d venus q̄ rōne magnitudinis ſui



epicicli nūc eſt ſole orientalior nūc occidē
talior: ꝛ ꝯñr nūc apparet poſt ſolis occa
ſum: nunc añ ortū q̄uis ipſa eius ſphera
ſimiliter vt ſphera ſolis moueatur motu
pprio: vt alibi dictū eſt: ꝛ linea medij mo
tus eius ſit eadē in linea medij motus ſo
lis. Quidam tamē dicunt ipſam apparē
tiā eſſe in eodē anni tp̄e non rōne epici
A cli: ſed rōne altitudinis veneris q̄ eſt ſu
pra ſolē. Altiora eñ ſiue remotiora citius
aſcēdere videmꝰ ꝛ tardius occūbere. Sꝫ
iſta falluntur: q̄ venus eſt ſub ſole imme
diate: vt alibi ſcripſimus. Sed et ſi eſſet
altior: ideo non ſequeretur ſi eſſet ſimul
cū ſole in eadē linea: q̄ ppter paruitatē
terre reſpectu celi videmꝰ ſemp medieta
tē celi ac ſi eſſemꝰ in cētro terre vbi ſi eſſe
mus ꝯſtat q̄ ſimul vtrūq̄ videremꝰ in ca
ſu illo: q̄ linea egrediēs ab oculo noſtro
trāſiret p vtrūq̄. Ab heſpero aūt mutata
h in v conſonantē d̄r vepa veſpere: ꝛ ve
ſperus veſperi id eſt tēpꝰ q̄d eſt inter diē
ꝛ noctē: vel ſm aliquos inter noctē ꝛ diē
in quo ſcꝫ illa ſtella ſolē ſequitur aut p̄ce
B dit. i. mane ꝛ ſero. Uñ lꝫ omne extremum
noctis ꝛ quodlibet extremū diei ſm ali
quos dicaꝛ veſpera: proprie tamē dicitur
prima pars noctis: ꝛ vltima diei: quia he
ſperus vt p̄cedit ſolē in mane pprie non
dicitur heſperus: ſed lucifer: q̄. ſ. lucē ſo
larem antecedens illā quodāmodo mor
talibus afferat. Dicitꝛ etiā hoc veſpe: vel
hoc veſpis. ꝛ ſignificat horā qua ſol inci
pit declinare ad occaſum ſub orizonte: et
vſq̄ ad crepuſculū durat. i. vſq̄ ad mane
ſequēs: ita q̄ nox ipa d̄r veſper. Sciēdum
eſt ſcd̄o q̄ ſabbatū d̄r ſcd̄m aliquos a ſab
be hebraice: vel a ſabba ſyriace q̄d latine
eſt ſeptē: ꝛ interpretaꝛ reqes. Eſt eñ dies
ſeptima in qua etiā deꝰ a creādis nouis
rebus d̄r quieuiſſe. Significat aūt tertiā
ſ. ſeptimanā ꝛ diē vltimā eius: ꝛ quālibet
C eius diem addito aliquo termino nume
rali vt ſi prima ſabbati dicaꝛ dies dñica.
ꝛ ſecunda ſabbati dies lune. ꝛ ſic de alijs.
¶ Sciendum eſt etiam q̄ feria d̄r ſm ali
quos a ferior: rias. q̄d eſt ceſſare ab operi
bus ſeruilibus: vel ſm alios a feriendis
victimis. Et vtroq̄ modo proprie ſignifi
cat diem feſtum: lꝫ ad oēm diem extenda
tur: ſm alios autē dicitꝛ a fando: quia. ſ. in
ſingulis ferijs deus creando aliquid fa
batur: vel quia in die habemus tempus
fandi. Et ſic omnis dies eſt feria.
¶ Sciēdū eſt quarto q̄ ſꝫ hebreos dies
ſeptimane ſic nolantur Sabbatum: pri
ma ſabbati. i. pria dies a ſabbato vl' poſt D
ſabbatum ſecunda: tertia quarta: quin
ta: ꝛ ſexta: ſabbati. Scd̄m chriſtianos ve
ro ſic. Dies dominica. i. in qua xp̄s dñs
reſurrexit: ſiue prima feria: ſecunda: ter
tia: quarta: quinta: ſexta: et ſeptima fer.
Scd̄m gentiles aūt idola colentes ſeptē
dies denominanꝛ. a. vij. planetis ꝛ ſingu
li ab illo qui in prima eius hora dñatur.
Dicitur ergo dies ſolis: dies lune: dies
martis: dies mercurij: dies iouis: dies
veneris: dies ſaturni. ¶ Hec tñ credēdū
eſt q̄ ſm iſtū ordinē ſint poſiti celi iſtorū
planetarum: q̄ iſte eſt eorū ordo in celo
incipiendo ab inferioribus et aſcenden
do. Terra que eſt in medio mūdi: aqua:
aer: ignis: luna: mercurius: venus: ſol:
mars: iupiter: ſaturnus: octaua: ſphera
ſeu ſtallarum fixarum primū mobile ſeu
primus motus vel celum criſtallinū: ꝛ ce
lum empyreū. Quidam tamē inter octa E
uam ſpharam: et celum empyreum po
nunt duos/ſed licet forte non ſit neceſſe
vt alias dictum eſt/tñ probabile/et pro
babilius. Et hoc tꝫ ſanctus Thom. in. ij.
ſent. ꝛ communiter aſtrologi. Hec autē
patent in ſubiecta figura.




F ¶ Sciendum eſt etiā quinto q̄ iſte mu
lieres lꝫ Joannes tñ de maria magdale
na facit mentionem/fuerant ſm Matt.

due.ſ.maria magdalena ⁊ altera maria
i.mater Jacobi minoris ſm̄.s.Tho.que
erat ſoror matris xp̄i.ſm Mar.vero fue
runt due predicte:⁊ cum eis tertia.ſ.Sa
lome.Eſt aūt ſalome nomē viri.Aliquan
do etiā vt hic eſt nomē mulieris.ſed ſub
G intelligit maria.Unde ꝙ marcus dicit:⁊
ſalome.mag.hi.dicit:⁊ maria ſalome.Ut
ſm Chryſo.mater filiorum zebedei q̄ fuit
filia ſolome vocata eſt maria ⁊ ſalome q̄
ſi binomia.Et hoc vr̄ in idē redire.qr di
cebat ſalome a patre ſubintellecto tñ ꝓ
prio noīe filie.De hoc vide feria quarta
poſt primā dñicā quadrageſime.Dicit
aūt magiſter predictus ꝙ quidem dicunt
eas fuiſſe duas tm̄.⁊ ly ſolome eſt expoſi
tio alteriꝰ marie tacite.Sed vt dicit con
tra hoc eſt vſus eccleſie:que tres repſen
tat.⁊ etiam btūs Lucas qui dicit.Erant
autem maria magdalena et ioāna:⁊ ma
ria iacobi:⁊ cetere que cū eis erant.Uñ
erant plus q̄ quatuor:ſed fuerunt tres
marie.ſ.maria magdalene:⁊ maria iaco
H bi:⁊ maria ſalome.Joanna autē:vt idē
magiſter dicit tradit fuiſſe vxor Cure ꝓ
curatoris herodis.Sicut autē dicit bea
tus Lucas quedā iſtarum mulierum:vt
ait Mar.i.maria magdalena: et maria
Joſeph ſeu iacobi minoris:quando ſepe
liebat xp̄s cōſyderabant vbi ſepeliretur
vt poſſent illum more iudaico aromati
bus condire.Et vt dicit beatus Lu.feria
ſexta aromata ⁊ vnguēta parauerunt qđ
intelligendum eſt ipſa ſexta feria factum
quouſq; eis licuit operari.Nam ſubiun
git ꝙ ſabbato ſiluerunt ſm mādatum.i.
nihil operate ſunt ꝓpter feſtū pacto ve
ro ſabbato in ſero qñ iā in feſtum ceſſaue
rat:parauerūt ſe vt ad ſepulcrum accede
rent.¶ His viſis veniamꝰ ad textū.Di
citur ergo.Ueſpere ſabbati]Reuera iſte
mulieres ad monumētū venerūt in dilu
culo diei dñice.Qđ ergo dr̄.Ueſpere ſab
bati exponit.i.nocte ſiue qr veſper dicit
I nox.ſiue qr veſpera dr̄ prima pars noctis:
a pte denoiando totum igitur.Ueſpere
ſabbati].i.ſeptimane.Et qr in ſeptima
na ſunt multe veſpere:⁊ eadem veſpera
hʒ duas partes.ſ.ſero et mane:vt hec ab
alijs diſtinguatur ſubiūgitur[que].ſ.ve
ſpera luceſcit in prima ſabbati.i.in prima

die ſeptimane ſcilicet i die dominico de
mane.Luceſcit inquā gratia ſue partis
extreme ſeu vltime:vt ꝑ hoc quod dici
tur prima ſabbati.excludantur veſpere K
aliorū dierum a dñica per hoc vero ꝙ di
cit.luceſcit:excludatur ſero ipſius domi
nice.Luceſcere enim eſt incipere lucere:
quod non conuenit ei hore que a luce tē
dit ad tenebras.ſed ei que ecōtrario.Un
de mane luceſcit ſero autem tenebreſcit.
¶ Sciēdum eſt autem ꝙ ſumitur hic ſm
aliquos veſpere aduerbialiter:⁊ ſequēs
relatio fit ad nomen in aduerbio intelle
ctum.Uel ponitur genitiuus huiꝰ nomi
nis veſpera pro ablatiuo vel ponit abla
tiuus huius nominis veſper.[Uenit ma
ria magdalena].i.ſoror lazari dicta ma
gdalena vel magdalene a magdalo ca
ſtro ſuo:vel quia ibi orta eſt.vel quia ibi
dominabatur Amagdalo enim dicitur
magdalenꝰ a.um.⁊ hec magdalene.nes.
[⁊ altera maria]ſcilʒ iacobi minoris ſeu
cleophe[Uidere ſepulcrum]Fuit autē ſe
pulcrum domini vt fertur tale.Sumpto L
enim vno latere per intellectū ſic ſtatua
tur vt latera longiora reſpiciāt meridiē
⁊ ſeptentrionem.breuiora autem orientē
etiā occidentē:⁊ diuidatur in tres par
tes:quarum maxima ſit ad orientem:mi
nor in medio:et minima ad occidentem
ſm iſtam figuram.



M

¶ Sic tria ſpatia fuerūt in monumēto



dñi:quorū maximi erat ſine tecto ſʒ clau
debatur muro cubiti ac ſemis vel circa
⁊ lapideo ſedili:alia vero duo erant came
rule excauate in petra ad quas erat in
troitus ꝑ portulas exciſas a pte orientis
A ⁊ añ portulā primā fuit in ſpatio magno
colūna cubiti vnius ac ſemis circiter:ſu
pra quā reclinabat lapis claudēs portu
lam:in ſpatio autē minimo ad dextris ſi
ue ad aquilonē fuit menſa exciſa eleuata
duobꝰ cubitis circiter a pauimēto:⁊ ſup
ea poſitū fuit corpꝰ ſaluatoris.Bed.di
cit:ꝙ elauabat tribꝰ pſalmis.Porta aūt
qua intrabat ad ſpatium minimū eſt in
angulo meridionali:ſed a q̄ intrabat ad
ſpatiū mediū nō eſt in angulo ſed in me
dio parietis ſiue muri ſpatia diuidentis
Nō eſt aūt intelligēdū ꝙ venerūt ſolū vi
dere ſepulcrū:ſed vt vngerēt ieſum vt dr̄
Mar.Et hoc ſm Theo.vt corpꝰ eiꝰ odo
rifex maneret:⁊ nō ſcaturiret humidita
tē quā aromata deſiccant ⁊ abſorbēt vñ
corpꝰ incorruptū cōſeruāt.Uñ venerūt
ḡ videre q̄uo illđ corpꝰ a nicodemo erat
ꝯditū q̄ iuxta Jo.illud cōdierat myrrha
⁊ aloe.Et vt ſuppleret ſi q̄d deficiebat vl
B ēt ſupadderēt.¶ Eſt autē hic triplex q̄ō.
Prima qr hic dr̄ ꝙ veſpe venerūt ad mo
numētū.⁊ Jo.xx.dr̄ ꝙ mane.⁊ Luc.xxiiij.
ꝙ diluculo.Ad hoc ſic dicit Hier.ꝙ di
uerſa tpa iſtarū mulierū in euāgeliſtis de
ſcribunt nō mēdacij ſignū ēē ꝛc̄ impꝓbō
ciūt ſed ſedule viſitationis officia dū cre
bro abeūt:⁊ recedūt:⁊ nō patiunt a ſepul
cro dñi diu abeſſe vel lōgiꝰ.Hec ille.Et
intēdit ſm.s.Tho.ꝙ venerūt veſpe ⁊ ma
ne.Sʒ ꝯ:ſi eī q̄ in hoc euāgelio narrant
veſpe nō mane cōtigerūt:q̄uo potuit an
gelus dicere:ſurrexit dñs?Ad hoc dico
ꝙ ꝑ veſpe.Hie.nō intēdit ſero ſʒ noctē.
Uenerunt eī nocte cum adhuc tenebre
eſſent:⁊ ēt mane orto iā ſole.Et ſic ꝑ ve
ſpere intelligit noctē vel ſero:qđ ſequit:⁊
viderūt reuolutū lapidē intelligit in ma
ne qñ denuo venerūt.Nō eſt eī extra ra
C tionē ꝙ etiā ſabbato trāſeunte venerunt
de ſero ad ſepulcrū viſitandū.Sed q̄uo
pōt Hier.dicere q̄ luceſcit:cum ſero tene
breſcat?Ad hoc dr̄.ſ.Tho.ꝙ ſm iudeos
dies incipit a veſpa:qr obſeruabāt dies
ſm lunā:q̄ ſero incipit lucere.Beda aūt

ſoluit:qr in veſpere ſabbati dñr veniſſe:
qr ſe parauerant ad veniendū ⁊ in mane
de facto venerūt.Aug.aūt de ꝯſen.euan.
ſoluit/qr venerunt veſpe ſabbati.i.nocte
demoniando totā noctē a prima eiꝰ par
te.Pōt ēt ſolui ſm aliq̄s ꝙ ꝑ veſpe intel
ligit mane iuxta vnū modū exponendi
textū.Scđa dubitatio eſt:quare nō eedē E
mulieres ab oibꝰ euāgeliſtis ad ſepulcrū
iuiſſe dicunt?Ad hoc dico ꝙ Jo.de ſola
magdalena mentionem facit:qr ceteris
erat feruentior.Matth.vo addidit ma
riā iacobi/qr illa ſit cū magdalena ſede
bat vt dicit ꝯ ſepulcrū in paraſceue:vt vi
derēt.ſ.vbi eū ponerēt:ſicut ēt.h.Marcꝰ
teſtat.Marcꝰ autē addit ſalome duabꝰ
ꝑdictis:qr erat ſoror marie iacobi ⁊ amī
ca xp̄i:⁊ cū dño aſcēderat de galilea Luc.
vo addidit ioānā ⁊ mltas alias:qr retulit
factū noīando ꝑncipales.Tertia dubita
tio ē:q̄re btā vgo nō iuit cū eis?Ad hoc
dr̄ cōiter ꝙ iſte alie:nō ꝑmiſerūt eā quia
erat ſeminina ex dolore paſſiōis filij.Uel
forte ipa melius ſibi iudicabat cōtēplari F
in cubiculo myſteria xp̄i:q̄ ad ſepulcrū
pergere:ſicut ⁊ q̄dā alie q̄ ex q̄dā pietate
mouebant.Uel tertio qr ipa ſciebat iam
xp̄m ſurrexiſſe qr ei primo apparuit vt
dicet.Uel quarto qr non potuiſſent ſine
doloris gladio ſepulcrum videre.¶ In
hac ꝑte eſt documētū morale.¶ Maria
eī q̄ aīam penitentē ſignificat circa ſe
pulcrū dñi ab euangeliſtis dr̄ veniſſe ad
vidēdū vt hic.⁊ ad vnguendū.vt Mar.
xvi.⁊ ad plorādū.vt Joā.xx.Sic igit aīa
dʒ circa xp̄i paſſionē ⁊ ſepulturā videre
ꝑ meditationē:vngere ꝑ deuotionē:⁊ fle
re ꝑ cōpaſſionē.¶ Quantū ad ſcđm tan
git viſio angelica quā habuerunt cū dr̄.
[Et ecce terremotus factꝰ ē magnꝰ]Ter
remotus aliq̄n fit a natura.⁊ ſic cauſatur
a vento impellente aliū ventum intra vi
ſcera terre.⁊ cogentem locū exire vnde
nō poteſt eſſe ſimul in tota terra.ſed per
cc.miliaria ad plus.Euaporat autem ta D
lis ventus ſole ſubtilante.Ante talē ter
remotum quieſcunt venti:⁊ poſt illum
flant:quia exeunt de terra.Unde ⁊ ani
malia q̄ portant caput iuxta terrā tūc in
ficiunt qr cōtinue exit vapor de terra ve
nenoſus Sicut autem dicit Sene.⁊ talis

terremotus diuiſit ſiciliā a calabria ⁊ et
hiſpaniā ab aphrica. Oīa p̄dicta teſtaẜ.
s. Tho. ſup p̄s. xvij. Aliq̄ñ aūt fit a volū-
tate ⁊ ſic fit a deo. ꝓ p̄tetia ƺ fieri natura
G liter ab angelo bono ⁊ malo: q2 inferio-
ra corpora obediūt eis ad nutuƺ quo ad
motū localē. vt dicit. s. Tho. in multis lo
cis. non tñ poſſent totā terrā mouere: vt
idē dicit in q. de ma. q. xvj. In terremotu
autem non moueẜ tota terra: nec mutaẜ
de loco ad locū: ſed mutaẜ in ſe: vt dicit
ſupra p̄s. vbi. s. ideo videẜ tremere. Pre-
ſens aūt terremot9 vt vr̄ ab angelo fact9
eſt. Vñ euāgeliſta q̄ſi ei9 cām aſſignans
ait. [Angel9 āt dñi deſcēdit de celo] Quō
aūt moueaẜ angelus vide feria. vj. poſt. ſ.
dñi. quadra. Sƺ q̄re iſte terremot9 eſt fa
ct9? Ad hoc dr̄ ꝙ eſt fact9 p̄mo ſm Chry.
q2 cū iſta nocte fierent: p̄babile eſt ꝙ aliq̄
iſtaꝝ mulierū obdormiſſent: iō Angelus
voluit eas excitare: ⁊ itellige ꝙ probabile
eſt aliq̄s obdormiſſe. i. eſſe ſomnolentas.
Sc̄do vt ſicut ſepultura humanitatē xp̄i.
ita terre motus diuinitatem p̄baret. Ter
H tio ſm Seuerinū ad ſignificādū q̄lis erit
ille terremot9 qñ chriſtus ad iudiciū de-
ſcendet ad iudicandū: ſi talis fuit iſte qñ
deſcēdit angelus xp̄o reſurgēte ad iuſtifi
cādū. Quarto cū his ēt dici poſſet ꝙ vo-
luit angelus terrere cuſtodes ne ꝯ ſctās
mulieres aliquid molirenẜ ⁊ a ſepulcro
p̄hiberāt [⁊ accedens reuoluit lapideƺ]
Sed quare. Nā dñs iam ſurrexerat ſm
Bedā. Sicut eñ dicit Magiſt. hiſt. dñs
ſurrexerat in terremotu. vñ ⁊ angel9 di-
xit mulierib9 eū ſurrexiſſe. Ad hoc diciẜ
ꝙ angelus reuoluit lapidē. Pͥo ſm p̄di
ctū magiſtrū hiſto. ⁊ Bedā vt mulierib9
indicaret iam dñm ſurrexiſſe. Sc̄do ſm
Remigium vt ſignificaret ꝙ ſacramenta
xp̄i in lege abſcōdita reuelarenẜ. Signi-
ficaẜ eñ p̄ lapidē lex in lapide ſcripta [⁊
ſedebat ſup eū] Sƺ quare ſedebat cū non
eſſet feſſus. Ad hoc dicūt doctores ꝙ ſe-
debat p̄pter myſterium. Sedebat enim
Pͥo ſm Seuerinū vt oñderet ſe docto-
rem ⁊ magiſtrū reſurrectionis xp̄i. Sc̄do
I ſm Bedam vt oſtēderet xp̄m ſuperato
diabolo regnum obtinuiſſe. Sicut enim
dicit. s. Tho. ſedere eſt docentium ⁊ do-
minātiū ⁊ quieſcētiū. ¶ Eſt aūt hic vna

q̄ſtio q2 Mat. dicit vnū angelū ſup lapi-
dē reuolutū ſediſſe. Mar. aūt dicit ꝙ mu
lieres introeūtes in monumentum vide
rūt iuuenē ſedētē in dextris. Ad iſtaƺ q̄ō-
nē dicit Aug. de ꝯſenſu euāgeliſtaruƺ q̄ꝺ K
aut iſte mulieres duos viderunt ange-
los: a quib9 ſucceſſiue audierunt eadem
verba. Sƺ Mar. tacet de eo qui ſup lapi
dē ſedebat. Aut reuera idem angel9 fuit
q̇ ſup lapidē ⁊ q̇ in dextris ſediſſe diciẜ ⁊
ille erat intra monumentum. i. intra ſpa
tiū clauſum: in quo erat petra in qua exci
ſus erat loc9 ſepulcri. Dextra auteƺ pars
ſm Bedā eſt auſtralis ſiue meridiana.
Corpus. eñ vt ait ſupinū iacens. i. ꝯuerſo
vultu ad ſydera caput habebat ad occa
ſum ꝯñr dexterā ad meridiē. ¶ Sƺ inſur
git alia q̄ō: q2 dt̄ btūs Lu. ꝙ poſtq̄ƺ intra
uerūt monumētū duo viri ſteterūt iuxta
illas in veſte fulgēti: ⁊ cōſequenti angeli
fuerūt duo int9. Ad iſtā q̄ōnē dupl'r poſ-
ſumus dicere ſm Aug. Pͥo ꝙ ibi appa
ruerūt tres angeli: vn9 ſedēs ſuper lapi-
dē: ⁊ duo intra monumentū. Alio mō vt
ibi apparuerint duo tñ intra monumen
tū: ⁊ vn9 eoꝝ ſedebat ſup lapidē i p̄te de
xtra ſepulcri. Et lƺ aug. nō dicat tñ h̄ ſo-
lus aliq̄ñ noiaẜ: q2 ip̄e mulierib9 locut9 ē
ex p̄ſona ſua ⁊ ſocij. ¶ Eſt aūt ⁊ alia q̄ō: L
q2 Luc. dt̄ eos ſtetiſſe ⁊ non ſediſſe. Sol-
uit aūt Chry. q2 p̄mo ſedebāt: ſƺ aſſurre
xerūt mulieribus: ⁊ ſteterunt iuxta illas.
Erat aūt aſpect9 ei9 ſicut fulgur.] Eſt ful
gur a fulgēdo dictū. ſicut ⁊ fulgor: q̄ꝺ eſt
ſplēdor. Eſt aūt fulgur ſp̄ēs fulminis. ⁊ ē
p̄prie ſplendor inflāmans. Nā fulminis
ſunt tres ſp̄ēs. ſ. fulgur afflans ⁊ tāgēs: ſƺ
nō cōburēs. ⁊ fulgur q̄ꝺ vrit: ⁊ fulmen ꝙ
ſcindit. Interdū tñ dr̄ fulgur iaculū exīs
i caligine. Apparuit ergo angel9 in aſpe
ctu. i. in facie ſicut fulgur vel ignis: q2 ſi-
cut dt̄. s. Tho. fulgur de celo ē ⁊ claritatē
⁊ timorē incutit: ⁊ ſic angel9 eſt nature ce
leſtis: ⁊ hƺ claritatē cognitionis: ⁊ appa-
rēs terrorē igeri q̄ꝫ tñ poſtmodū expel-
lit ſi bon9 eſt. Apparuit ꝟo i veſte cādida
ſm Hie. vt ſignificaret gl'iaƺ xp̄i reſurgē M
tis ⁊ ſm alios vt mulieres ferrēt ei9 aſpe
ctū. Vel ſm Greg. in vultu ſeueritatē dei
ꝯ p̄ctōres in candore veſtium benignita-
tem eiuſdeƺ ad iuſtos voluit exprimere.
[Pre timore



[Pre timore āt ei9 exterriti ſūt cuſtodes
⁊ facti ſūt velut mortui.] Raba. Timoris
anxietate ſūt exterriti q̇ amoris fiduciā
nō habebāt: ⁊ facti velut mortui q̇ reſur-
A rectiōis ꝟitatē credere noluerūt. Hec il
le. ¶ In hac p̄te eſt morale documentū
ꝙ q̇ vult ad reſurrectionē p̄uenire gl'io-
ſam debuit indui albis Lact. Nihil aliō
ab hoīe req̄rit ſctā ⁊ ſingularis illa ma-
ieſtas p̄ter ſolā cordis innocentiā quā ſi
q̇s obtulerit deo ſatis pie ſatiſq̇ꝫ religio-
ſe litarit. Hec ille. ¶ Quantū ad tertium
tāgiẜ annūtiatio quā fecit angel9 / cū dr̄.
[Rñdēs aūt angelus] . i. loquēs. Lƺ eñ
r̄ñſio p̄prie ſit ad interrogantē. tñ voca-
bulū extēſum eſt ad oēm locutionē [dixit
mulierib9] nihil dicēs ad impios cuſto
des. [Nolite timere vos] Hiero. q. d. Illi
timeāt in q̇b9 p̄manet incredulitas. cete
rū vos q2 Jeſum q̄ritis crucifixū audite:
q2 ſurrexit: ⁊ promiſſa p̄fecerit. Hec ille.
Vñ ſequiẜ. [Scio eñ ꝙ ieſum q̇ crucifix9
eſt q̄ritis. Nō eſt hic. ſ. p̄ p̄ñtiā carnis ſm
Rab. Q̄uis vbiq̇ꝫ ſit per diuinitatē [Sur
B rexit eñ ſicut dixit] Chry. q̄ſi diceret. Et
ſi mihi nō creditis: illi9 memētote ꝟbor.
Cōſeq̄nter aliā adducit p̄bationē dic.
[Venite ⁊ videte locum vbi poſitus erat
dñs] q̄ſi diceret. Loc9 vacu9 eſt: iō ſcito-
te q2 ſurrexit. [Et cito eūtes dicite diſci-
pulis ei9] Btūs mar. dicit ꝙ addidit [⁊
petro. Hiero. Dicit aūt ſp̄ālr petro q2 ſe
indignū iudicabat diſcipulatu: dū ter ne
gauit magr̄m. Sƺ p̄ctā p̄terita nō nocēt
qñ nō placent. Hec ille. [q2 ſurrexit] Eſt
aūt ſciēdū ex doctrina. s. Tho. iij. p̄. q. lv.
ꝙ ſuppoſito ꝙ xp̄i reſurrectio manifeſta
ri debuerit nō debuit oibus manifeſta-
ri ſeu reuelari. Sicut eñ dt̄. b. Diony. li.
de eccle. hierar. diuīe reuelatiōes p̄ ſup̄io
res ad inferiores deriuanẜ. Et intellige
ſup̄iores amore: nō aūt ordine niſi ceteꝛ
parib9: ⁊ publice. Mittunẜ aūt mulieres
q̇b9 p̄io reuelata eſt teſtificari illā. non
C ad pp̄l'ƺ / q2 eis nō lƺ publice loq̇: ſƺ ad do
meſticos: vt ſicut mulier p̄mū nūtiū de-
tulit mortis ad virū: deferret ēt vite xp̄i
reſurgētis i gl'ia: ac p̄ hoc pateret nō ex
ſexu: ſƺ ex meritis in gl'ia futurā eſſe diffe
rētiā. Nō aūt fuit ꝯueniēs vt illū aliq̇ vi-
derint reſurgētē: q2 illa reſurrectio trāſcē

dit cōem hoīm notitiā q̄ntū ad terminū
a quo ⁊ ad q̄ꝫ: q2 a ſtatu mortis ad imor
talitatē fuit: iō debuit p̄mo p̄ angelos
notificari. Reſuſcitatio aūt lazari cogno
ſcibilis fuit a nobis quo ad terminū ad D
q̄ꝫ: q2 fuit ad vitā mortalē: ⁊ aſcēſio xp̄i
quo ad terminū a q̇: iō vtrūq̇ꝫ hoꝝ fuit vi
dētib9 diſcipulis. [Et p̄cedet vos i gali-
leā.] Sƺ q̄re dr̄ī galileā: cū p̄io nō in gali
lea: ſed in hierl'm ſit viſus. Ad hoc dt̄. s.
Th. ꝙ hoc fit p̄io ad oñdēdū ꝙ ille erat
qui ꝯſueuit cū eis ꝯuerſari i galilea ſc̄do
vt liberarenẜ a timore: q2 in galilea ſecu
rius ꝯuerſabanẜ q̄ꝫ i iudea. Tertio p̄ōt di
ci ꝙ i hierl'm viſus eſt ab aliq̇b9 diſcipu-
lis: ſƺ nō ab oībus ſil': ſƺ i galilea vt diceẜ
[ꝯ ibi eū videbitis] oēs ſil'. [Ecce p̄di-
xi vobis] q̄ſi diceret. Explete ⁊ vos nūtiū
vr̄m ſicut ego feci. ¶ In hac p̄te eſt mo-
rale documentū ꝙ xp̄m gl'ioſum videre
deſiderātes dñt i galileā p̄ficiſci: q̇ interp̄-
taẜ trāſmigratio. O p̄ƺ eñ a vitijs ad vir
tutes trāſire: ⁊ a preſenti vita ad futurā.

¶ In die ſancto paſche.

¶ Textus euang. Mar. xvj. ca.

M Aria magdalene et ma- E
ria iacobi ⁊ ſalome emerẜ
aromata vt venietes vn
gerēt Jeſū. Et valde ma
ne vna ſabbatoꝝ veniūt ad monu
mētū orto iā ſole. ⁊ dicebāt adinui
cē. Quis reuoluet nobis lapidē ab
oſtio monumēti. Et reſpiciētes vi
derunt reolutū lapidē. Erat q̇ppe
magn9 valde ⁊ itroeūtes i monu-
mētū viderūt iuuenē ſedētem i de
xtris coop̄tū ſtolla cādida: ⁊ obſtu
puerūt. Qui dt̄ illƺ. Nolite expaue
ſcere: Jeſuƺ q̄ritis nazarenū cruci
fixū: Surrexit nō eſt hic: Ecce loc9
vbi poſuerūt eū. Sƺ ite dicite diſci
puẜ ei9 ⁊ petro q2 p̄cedet vos i gali
leā ibi eū videbitis ſicut dixit vob.

M Aria magdalene ⁊ maria F
iacobi ⁊c. Marc. xvj. Totū
dñs euangeliū ex dictis in
p̄cedētī p̄tƺ excepto eo q̄ꝺ
dr̄: valde mane orto iā ſole.

Nō eñ vr̄ ꝙ eſſet ort⁹ ſol. Pꝛio qꝛ Mat.
dicit ꝙ erat valde mane. Scḋo qꝛ Lu. dr̄
ꝙ valde diluculo .i. in auroꝛa. Diluculuꝫ
eñ dr̄ q̄ſi die luculum .i. die ꝑua lux. Jo.
G autē dicit. cū adhuc tenebꝛe eſſent. Sol-
uit autē Aug. de ꝯſen. euā. ꝙ venerunt in
auroꝛa: q̄ aliquid de luce ⁊ aliq̄d de tene-
bꝛis retinet. Et tūc vt ait oꝛtus iā erat ſol
in ſuis radijs: ⁊ nō in ſua ſubſtantia. Uel
ſm̄ alios mane a domo ſua receſſerunt:
ſꝫ oꝛto ſole venerūt .i. ꝑuenerūt ad monu-
mētū. Omiſſo autē euāgelio: circa xp̄i re-
ſurrectionē de qua in eo agit̄: vidēda ſūt
tria .ſ. reſurrectionē p̄cedētia: committā-
tia: ⁊ ſequētia. ¶ Quātū ad p̄mū dico ꝙ
xp̄s poſt moꝛtē ⁊ añ reſurrectionē: deſcē-
dit ad iferos. ¶ Eſt aūt ſciēdū circa hoc
ꝙ ſm̄ qḋ ꝓbat tā natural̄ ph̄s q̄ aſtrolo-
gus: tot⁹ mūdus eſt ſpheric⁹: ⁊ integrat̄
ex .xiiij. ſpheris: vel .xv. ſm̄ aliq̄s: vt i p̄ce-
dēti euāgelio tactū eſt. Et in medio oīm
eſt terra: q̄ nō ꝑfecte circūdat̄ ab aq̄ ma-
ris vt pꝫ qꝛ vbi nos ſum⁹ nō eſt coopta.
Quidā autē dicūt ꝙ i oīb⁹ alijs ſuis par-
tibus eſt opta. Sed dn̄s albertus ſup lib.
H metheo. tenet. ꝙ ſicut eſt hic diſcoopta:
ita ⁊ a pte oppoſita: ⁊ mare duo facit lit-
toꝛa vnū hic: ⁊ aliud ibi: ⁊ ip̄m remanet
ſicut zona tranſiēs ꝑ polos mundi. ⁊ per
oꝛientem ⁊ occidentē. Sicut autē dicit .s.
Tho. iiij. di. xliiij. q. iij. nō eſt certū vbi ſit
infern⁹: vt dicit Aug. ⁊ magr̄ recitat: vn-
de ⁊ Gre. in li. iiij. dial̄. non audet vbi ſit
diffinire. Quidā ergo vt ibidē Grego. di-
cit illū eſſe aſſerunt i quadā parte terre.
quidā v̄o dicunt ꝙ eſt ſub oꝛbe triſti .i. in
parte oppoſita nobis. qḋ Iſido. vr̄ ſenti-
re cū dicit. Sol ⁊ luna in oꝛdine q̄ creati
ſunt ſtabūt ne impij in toꝛmētis poſiti
eoꝝ luce fruant̄. Hec aūt ratio nulla eſſet
ſi dānati eſſent ſub terra infra terram.
Pythagoꝛas vero locuꝫ penarū dixit in
ſphera ignis eſſe: alij dicunt ꝙ ſub terra
eſt in medio vel circa mediū ipſius terre.
qḋ Greg. ꝓbabilius inter omnia predi-
I cta ꝓbat. Tum qḋ dr̄ infernus eo ꝙ ſub
tus iaceat. Tum qꝛ apo. ij. ad ſignifican-
dam triplicem rōnaliū creaturarū man-
ſionē dr̄ neq; in celo / neq; in terra / neq;
ſub terra. Jdē oſtēdit Aug. xij. ſuper Gen.
multipl̄r. Sunt autē plures inferni: ſicut

docet .s. Tho. vbi .ſ. Sunt eñ quatuoꝛ .ſ.
infernus dānatoꝝ in quo ſunt tria .ſ.
tenebꝛe priuatiōis grē ⁊ ꝑuatiōis gloꝛie:
⁊ pena ſenſus. Infernus pueroꝝ: in quo
ſunt duo p̄ia .ſ. ꝑuatio grē ⁊ glīe. nō autē K
pena ſenſus. Infern⁹ purgādoꝝ: in q̄ eſt
ſcḋm ⁊ tertiū: nō autē p̄muꝫ .i. ꝑuatio grē.
Et infern⁹ patrū: in q̄ eſt ſcḋm tm̄ .ſ. pri-
uatio glīe. Quidā autē iſta iferna q̄tuoꝛ.
loca diſtincta i medio terre eē exiſtimāt
ſicut ſunt diſtincte camerule i medio po-
mi. Quidā v̄o exiſtimant ꝙ vna ⁊ eadem
ſit dom⁹ in q̄ p̄dicta penarū varietas in-
uenit̄: ⁊ hoc vt dr̄ ꝓbabili⁹ eſt. Chriſt⁹ er-
go vt pꝫ ex dictis .s. Tho. iij. parti. q. lij.
ad infernū deſcēdere fuit ꝯueniēs. Pꝛio
vt ſicut noſtrā moꝛteꝫ ſua moꝛte fugauit
ita fugaret ſuo deſcēſu noſtrū deſcēſum.
Secūdo vt dicto diabolo inde captiuos
educeret. Tertio vt ſuā ꝑtateꝫ in inferno
monſtraret viſitando ⁊ illuminando: ſi-
cut fecerat in mūdo viuendo ⁊ moꝛiēdo.
Lꝫ aūt vt idē dr̄ .iij. di. xij. in paſſione ſol-
uerit p̄ciū ⁊ amouerit impedimētū viſio-
nis diuine: vn̄ ⁊ ſancti ſtatim viderunt:
deū: tn̄ ꝯueniēs fuit ip̄m deſcēdere: vt aſ-
ſumeret oēs defect⁹ nr̄os: ⁊ ꝯn̄r ip̄m de- L
ſcēſum: nō eñ ſonat in malum deſcēdere
ad infernū ſpoliādū. Nō autē deſcendit
ad infernū dānatoꝝ ꝑ eſſentiā: ſꝫ ſolum
ad limbū patrū qꝛ ſolū illos viſitauit lo-
co: quos viſitabat grā. Et itellige dictum
s. Tho. de grā ꝯſummata .i. gloꝛia q̄ pa-
tres tm̄ viſitauit. In vno tn̄ inferno exi-
ſtēs ꝑ eſſentiā per effectuꝫ erat in oībus.
Un̄ damnatos increpauit de crudelitate
⁊ malitia: ⁊ purgandis dedit ſpem glo-
rie: ſtatim peracta purgatiōe iuſtis autē
dedit lumē gloꝛie. Quid autē pueris de-
derit a .s. Tho. nō habet̄: niſi ꝙ aliq̄ di-
cit ꝙ oīb⁹ infernalib⁹ ſuā deitatē patefe-
cit. Cōtraxit autem ibi aliquā moꝛam ſic
vt ſimul aīa de inferno ⁊ coꝛp⁹ exiret de
de ſepulcro. Et hoc p̄io vt in hoc fratri-
bus aſſimularet̄. Scḋo vt in reſurrectio-
ne nouā vitā inchoaret q̄tū ad animarū
liberationē ⁊ coꝛpoꝝ reſurrectionē in
ſua reſurrectiōe inchoatam. Iſtos tn̄ ſu- M
bito liberauit illuminādo ꝑ gloꝛiā: ⁊ cō-
fringēdo vectes .i. reatus a quibus impe-
diebant̄: nō aūt educēdo de inferno. Un̄



latro fuit cū eo in paradiſo .i. viſiōe diui-
na: nō aūt in paradiſo terreſtri: neq; i ce-
lo vt importat locū in quo de⁹ videt̄ ex
cōgruo. Liberauit aūt inde ſanctos pa-
tres: qꝛ eis dedit aditū ad gloꝛiā ſoluen-
do a reatu pene pcti Ade: qui erat moꝛs
coꝛpoꝛis ⁊ ꝑuatio glīe. Nā peccāti moꝛ-
A tē deus fuerat cōminat⁹: ⁊ eū de paradi-
ſo eiecerat. A reatu aūt actualiū ⁊ perſo-
naliū pctōꝝ: ꝑ fidē xp̄i fuerant liberati.
Non autē inde liberauit dānatos: qꝛ eis
paſſio ſua nō fuit applicabilis per chari-
tatē: ſine qua nō eſt remiſſio pctōꝝ. Jlle
aūt deſcenſus nō erat liberatoꝛi⁹: niſi vir-
tute ſue paſſiōis. Nec etiā pueros cū oꝛi-
ginali deſcēdētes: qꝛ carebāt gratia ⁊ fi-
de pꝛopꝛia: ⁊ fidei ſacramento adhibito
ꝑ fidē alienā: iō nō erāt ab oꝛiginali pctō
mūdati. Nec̄ ēt liberauit aīas a purga-
toꝛio: niſi ſi quas inuenit tales q̄les ſunt
ille que non liberantur: que .ſ. eſſent ple-
ne purgate. Sua eniꝫ paſſio non habuit
tunc maioꝛē virtutem q̄ȝ modo. Sed cō-
tra: qꝛ tales liberauit a reatu oꝛiginalis
peccati: ergo ab omni alio. Debuit enim
perfecte illos liberare: ſicut ⁊ in hac vita
ꝑfecte ſanabat. Ad hoc di. s. Tho. qḋ nō
eſt ſile: qꝛ ea a q̄bus in hac vita liberauit
B erāt perſonalia ꝑtinentia .ſ. ad liberatos
tm̄. Purgatoꝛij aūt aīas nō liberauit ab
aliq̄ reatu ꝑſonali: ſꝫ a reatu nature ⁊ cōi
oīb⁹ qualis erat reatus oꝛiginalis pcti.
Iſta tamē ſunt intelligenda: vt dicit bea.
Uin. ſꝫ rigoꝛē iuſtitie: ſec⁹ aūt ſm̄ miſam
⁊ ſpecialeꝫ grām. Et hoc idem innuit .s.
Tho. iij. di. xxij. q. ij. ar. ij. q. vlti. Oīa p̄di-
cta ſunt .s. Tho. in .iij. par. vel in .iij. ſentē-
tiarū. ¶ Si q̄s aūt q̄rat: q̄uo aīa ſeparata
localiter moueat̄. Dico ꝙ mouet̄ eo mō q̄
angelus: applicādo ſuā virtutē loco tan-
gēdo locū: vel eo ꝙ a loco tāgat̄. Utrūq;
eñ ſufficit ad talē motū localem: ſiue na-
tural̄r hoc fiat ſiue diuinit⁹: qḋ magis ve-
rū vr̄ q̄buſdā. Non aūt mouet̄ mouendo
aliqḋ coꝛpus: qꝛ aīa ſepata nō p̄ōt niſi di-
C uina virtute coꝛpoꝛa mouere localiter:
vt dr̄ .ſ. Tho. i. par. q. xvij. ¶ Sꝫ ꝑ his ſciē-
duꝫ eſt: ꝙ ſi mot⁹ localis aīe ſeparate fit
ꝑ ꝯtactū coꝛpis q̄ aīa mouendo tāgit coꝛ-
pus nō p̄ōt moueri niſi diuinit⁹: ſi v̄o fit
ꝑ ꝯtactū quo tāgat̄ a coꝛpoꝛe illā detinē-

te vel circūſcribēte: hoc p̄ōt q̄dā fieri na-
turaliter virtute angeli ſꝫ nō virtute aīe
vel coꝛpoꝛis: qꝛ coꝛpus nō p̄ōt naturali-
ter agere in aīam vel ecōtrario: ſꝫ angel⁹
ſm̄ aliquos ſaltem diuinit⁹ cū poſſit an-
gelū alligare: etiā poterit aīam alligare D
coꝛpoꝛi. Ex quo vlteri⁹ vr̄ ꝙ coꝛpus age-
re poſſit in aīam vt inſtrumētū angelicū
illā circūſcribendo ⁊ detinēdo. De motu
aūt predicto angeli habes ſupꝛa feria .vi.
poſt .i. dn̄icaꝫ quadrage. Et de motu aīe
xp̄i dicit Capꝛeol⁹ .iij. di. xxij. p̄ōt ergo di-
ci: ꝙ aīa xp̄i in toto aliquo tp̄e eſt in coꝛ-
poꝛe: ſꝫ in eo nō q̄eſcat ſꝫ ad exitū diſpo-
nat̄: puta triginta trib⁹ annis ⁊ in vltimo
inſtāti illi⁹ tp̄is extra coꝛpus eſt. Et in il-
lo inſtāti p̄ōt eſſe in inferno: vel in celo:
vel i alio loco: vbi deo placuerit. Cuꝫ eñ
abſoluit̄ a coꝛpoꝛe quātū in ſe eſt rema-
net nuſq̄: qꝛ a nullo loco depēdet: iō ap-
plicabilis eſt ad oēm locū indifferenter:
qꝛ ab oīb⁹ eque diſtat cuꝫ a nullo diſtet.
¶ Eſt autē notandū ꝙ ſi qḋ toto aliq̄ tp̄e
q̄eſcat alicubi: neceſſario etiā eſt ibi i vl-
timo inſtanti illi⁹ tp̄is: vt ꝓbat .s. Tho. j.
q. liij. ar. iij. ſꝫ ſi ibi nō quieſcebat ſꝫ diſpo- E
nebat̄ ad eſſe alibi: ſec⁹ eſt qꝛ in vltio ei⁹
inſtāti p̄ōt eſſe alibi ſiue ſub alia diſpoſi-
tiōe: ſicut toto aliquo tp̄e lignū ē ſub foꝛ-
ma ligni a q̄ mouet̄ ꝑ ignē calefaciētē et
i vltio ei⁹ inſtāti ignit̄. Sciēdū ē ēt ꝙ nō
dico aīam a coꝛpoꝛe ad infernū moueri i
inſtāti ſꝫ mouet̄ i toto tp̄e q̄ diſponebat̄
ad moꝛtem ⁊ in vltimo eius inſtāti ſicut
ignis generat̄ i toto tp̄e quo lignū diſpo-
nebat̄ ad cōbuſtionē ⁊ i vltio ei⁹ inſtāti.
Uel mouet̄ i tp̄e diſcreto ꝯpoſito ex iſtā-
tib⁹: quoꝝ qḋlibet p̄ōt coexiſtere multo
tp̄i phyſico. Un̄ in vno inſtāti fuit in coꝛ-
poꝛe: qḋ coextitit .xxxiij. annis: i alio autē
fuit i limbo. Et iſtḋ ſm̄ ſimul icepit. cū vl-
tio iſtāti p̄dictoꝝ annoꝝ. Nullū aūt iſto- F
rū duoꝝ inſtantiū eſt tp̄s ſꝫ vtraq; ſimul
ſunt vnū tp̄s. Et ſic etiā applicatio aīe ad
ſuū coꝛp⁹: vel ad ignē iferni nō ē mot⁹: ſꝫ
ꝑs mot⁹. Utraq; autē ſimul vel ſucceſſiō
vtrūſq; eſt mot⁹ in talib⁹ eñ pars mot⁹
nō ē mot⁹: ⁊ pars tp̄is nō eſt tp̄s. Nec tn̄
dico ꝙ aīa i iſtāti ſepatiōis neceſſario ſit
i iferno vel purgatoꝛio vel celo: ſꝫ dico ꝙ
p̄ōt eē ꝯſimilis et poſſet eē alibi ⁊ in magno

ſpe ad dicta loca mouerit:ſi iuſtitia diui
na req̄rat. Sciendū eſt etiā: ꝙ aīa xp̄i ad
infernū cū luce corporali deſcendit vt hr̄
i euāgelio Nicodemi. et affirmat. s. Th.
G iij. di. xxv. vbi dicit ꝙ fuit cōueniēs vt ſi
cut interiores tenebras expulit oſtēſione
ſue deitatis: ita ⁊ exteriores expelleret ꝓ
pter p̄ſentiā ſue humanitatis. ¶ Quan
tū ad ſcōm tria ſunt cōſiderāda. ſ. reſur
rectionis neceſſitas: reſurrectiōis oppor
tunitas: ⁊ reſurrectiōis qualitas. Quātū
ad primū ſciendū eſt ex doctrina. ſ. Tho.
iij. p. q. liij. ꝙ cōueniēs fuit xp̄m reſurge
re. Primo ꝓp iuſtitiā dei: ad quā ꝑtinet ex
altare ſe ꝓp deū humiliātes. Scdo ad cō
firmationē fidei nr̄e: vt xp̄m deum creda
mus. Tertio vt nos mēbra ſperemus re
ſurgere ex quo caput ſurrexit. Quarto vt
diſcamꝰ i nouitate vite ambulare. Quin
to vt ſicut ꝑ ſuā humiliationē nos libera
uit a malis ſic ꝓmoueret ad bonū ꝑ ſuā
glorificationē. Debuit aūt reſurgere ter
tia die: q2 debuit reſurgere cito ne decre
deret̄ eius diuinitas: ⁊ tn̄ debuit cōtrahe
re morā i morte: vt vera mors appareret
⁊ v̄a humanitas. Hec aūt mora fuit triū
dierū: q2 nō cōtingit eū q̄ vr̄ mortuꝰ ⁊ eſt
H viuꝰ infra hoc tp̄s nō oſtēdere ſigna vite.
Itē ad cōmēdationē ternarij numeri: q̄ ē
numerꝰ oīs rei: vt ꝑz lib. de celo ⁊ mun
do. Itē vt nos a duplici morte liberaret
ſ. aīe ⁊ corꝑis: q2 ſunt tenebroſe ꝓpter cul
pā. Una ſua q̄ ē lux ꝓpter iuſtitiā. vn̄ fuit
in morte vna die itegra ⁊ duabꝰ noctibꝰ
⁊ ꝓpter multa alia. Quō aūt tribꝰ diebꝰ
⁊ tribꝰ noctibꝰ fuit i corde terre vide ſe.
iiij. poſt. ſ. dn̄icā. xl. ¶ Et nota ꝙ xp̄s pri
mus inter oēs hoīes ꝑfecte reſurrexit: q2
ip̄e primꝰ reſurrexit a morte ⁊ neceſſitate
⁊ poſſibilitate moriēdi oēs aūtē q̄ an̄ xp̄i
aduētū vel p̄ſente xp̄o reſurrexerunt de
nuo ſunt mortui. De his aūt q̄ i eiꝰ paſſio
ne ſurrexerūt: dubiū ē ſz̄ Hier. i ſermone
aſſumptiōis v̄ginis. Et ſi nō ſunt denuo
mortui poſt xp̄i reſurrectionē ſurrexerūt:
I vt idē dicit ſup Mat. aug. aūt ad eno. te
net aſſertiue ꝙ denuo ſunt mortui cuius
rōnes ſunt efficaciores. Cā āt ꝓncipalis
reſurrectiōis xp̄i fuit diuina v̄tus inſtru
mētalis v̄o fuit aīa ⁊ caro eiꝰ: inquātum
erāt diuinitati vnita. corꝑꝰ em̄ aīaz ⁊ aīa

corpus reaſſumpſit. Hec oīa ſunt. s. Th.
vbi. s. ¶ Quātū ad ſcōm de opportunita
te ſiue de hora reſurrectionis ſunt varie
opiniōes. Hier. em̄ in lib. xij. q. ſic dicit.
Veſpere ſab. ait Matt. Mar. xo ⁊ valde
mane vna ſabbatorꝝ veniūt ad monumē
tū. Huiꝰ q̄ōnis duplex ē ſolutio. Aut em̄
nō recipimꝰ hoc Marci oībꝰ grecis li
bris pene hoc capitulū in fine habētibꝰ.
Aut vterq̄ verꝝ dixit. Mat. qn̄ dn̄s ſurre
xit id eſt veſꝑe ſabbati. Mar. qn̄ vidit eū
maria magdalena idest mane. Hec ille.
¶ Et nota ꝙ ꝑ veſpere Hier. accipit ſe
ro. i. nocte. Idē cū Hier. vr̄ ſentire. Amb.
q̄ ſup Luc. ait. Nō veſperaſcente die: ſed
noctis veſpere dn̄s ſurrexit. Denique gre
cus ſermo ꝑ veſꝑe hz ſero. Sic ergo dn̄s
nō veſpertino tp̄e diei: ſz ſero. i. ꝓfunda
nocte ſurrexit. Hec ille. Motiua āt Am
bro. ſunt. q2 ſic mulieres potuerūt adire
monumētū quieſcētibꝰ cuſtodibus: ⁊ q2
ꝓncipes ſacerdotū dixerūt. ꝙ diſcipli no
cte tulerūt illū: ⁊ q2 q̄dā mlieres xp̄z ſur
rexiſſe ſciuerūt q̄. ſ. nocte vigilarūt: q̄dam
nō: vt illa Maria de qua Joan. narrat. q̄
ſm Amb. nō eſt eadē cū ea de qua loquit̄
Mat. ⁊ de qua ifra. Itē q2 Sanſon in ty
pū reſurrectionis media nocte tulit por
tas gaza. Itē q2 vt dixit mag. hi. ap̄li tra M
diderūt eā nocte nō dimitti ꝑp̄l'm ab ec
cleſia vſq̄ ad ꝓfundā noctē Aug. autem
in. iiij. de tri. tenet ꝙ ſurrexit in diluculo.
⁊ idē tenet. ſ. Tho. Et huic atteſtat̄ vt di
cit magr̄ hiſt. ⁊ aſſentire vr̄ eccl'ia: q̄ ma
tutinas laudes ꝓ dn̄i reſurrectione cele
brat. Credo tn̄ ꝙ oīm iſtorū fuit vna ſnīa
ꝙ dn̄s ſurrexerit i diluculo: ita ꝙ i ip̄o in
ſtāti eruptionis aurore xp̄s verꝰ lucifer
erupit de ſepulcro: ſicut ⁊ eadē hora ve
niet ad iudiciū ſz. s. Th. i. iiij. Et ſic xp̄s
q̄draginta horis fuit mortuꝰ. ſ. q̄tuor ve
ſpertini paraſcenes: ⁊ triginta ſex dnorū
noctiū ⁊ vniꝰ diei. ſicut etiā quadragita
diebꝰ fuit in terris poſt reſurrectionem.
Tūc aūt pōt dici ⁊ profunda nox q̄ vſq̄ L
ad illū pūctū durat: ⁊ dies q̄ in illo pūcto
incipit: medium em̄ pōt ab extremis de
noīari vtriuſq̄ vt ꝑz. v. phiſico. Moti
ua aūt vtriuſq̄ partis nihil aliud q̄ꝫ hoc
ꝓbāt. Tūc em̄ potuerūt cuſtodes q̄ſcere
⁊ tūc venientes nocte venerūt. Quāuis di



ei poſſit ꝙ ꝓncipes ſacerdotū mētiebāt̄:
⁊ ſiue eadem fuerit materia ſiue alia: ni
A hil intereſt: q2 rē oīno ſciuit poſt factum: ⁊
nō an̄ neq̄ tūc. Nullꝰ ꝫ nocte ſciuit xp̄m
ſurrexiſſe: q̄uis oēs ſciuerit eū ſurrexiſſe
nocte. i. diluculo. Ad factū aūt Sanſonis
dr̄ primo ꝙ nō opꝫ figurā ⁊ figuratuz in
oībꝰ ꝯuenire cū ſint ſilia ⁊ nō idē. Oīa. n.
ſilia ſunt diſſilia i aliq̄. Dr̄ ſcdo ꝙ media
nox nō ſolū dr̄ inſtās medie noctis: ſz to
tū tp̄s ei ex vtraq̄ ꝑte cōiunctū qd̄ eſt iter
vltimū ⁊ primū inſtās luminis diei p̄teri
te ⁊ ſequētis. ⁊ i hoc tp̄e. i. i. termino huiꝰ
tp̄is xp̄s ſurrexit. Ad alia etiā ꝑz facil'r.
¶ Quātū aūtē ad tertiū de q̄litate reſur
rectionis ſeu reſurgētis ſciēdū eſt ex do
ctrina. s. Tho. iij. p. q. liij. ꝙ xp̄s ſurrexit
cū corꝑe vero: q2 de rōne reſurrectiōis eſt
vt idē numero reſurgat qd̄ ꝑ mortē ceci
derat. Et tn̄ corpus gl'ioſum eſt ſpūale. i.
ſpūi ſubiectū: i ꝑtāte bti eſt videri vel nō
videri. Et ſub hac vel illa effigie poterat
xp̄s videri a vidētibꝰ. Et v̄tute dei potuit
ſimul cū alio corꝑe eē: ⁊ cū exiuit clauſo
ſepulcro: ⁊ cum intrauit ad diſcipulos
B clauſis ianuis. Et reſurrexit cuz corpore
gl'ioſo. Primo q2 illa reſurrectio fuit exē
plar nr̄e q̄ erit gl'ioſa. Scdo quia humili
tas paſſionis hoc meruit. Tertio q2 ſi an̄
reſurrectionē nō fuit gl'ioſum: hoc eſt fa
ctū diſpēſatiue ad ꝑagēdū myſteriū redē
ptiōis vt pati poſſet. Peracto ergo illo
aīa ⁊ ſuā gl'iam cōicauit. Sed tn̄ in ꝑtāte
bti eſt vtrū ſua claritas videatur vel nō.
Sz ꝯtra q2 illud corpꝰ erat palpabile: er
go ⁊ corruptibile. Ad hoc dr̄ ꝙ corpꝰ dr̄
palpabile non q2 tactui reſiſtat: vt celum
q2 nihil ꝓhibet ꝑ naturā eſſe incorrupti
bile ſed q2 ⁊ reſiſtit ⁊ afficit̄ tangibilibꝰ
qualitatibus: vt corpus xp̄i. Et tale eſt q̄
dē ꝑ naturā corruptibile: ſz incorruptibi
le ꝑ gloriā. Et cū corpore integro. i. habē
te oīa q̄ ſunt de veritate ⁊ integritate hu
C mani corꝑis. Nō em̄ ꝑfecte ſurrexiſſet ſi
aliquid ꝑ mortē cecidiſſet qd̄ non ſurre
xiſſet. De carne enim ablata ab eo in cir
cūciſione dicit Jaco. de vo. ꝙ dr̄ angelus
eā attuliſſe karolo magno q̄ eam primo
Aquiſgrani: deinde Caroſij collocauit.
nūc aūt dr̄ eſſe rome in eccl'ia q̄ dr̄ ſancta
ſctōrum. vnde ibi extant tales verſus. Cir

cunciſa caro xp̄i ſandalia clara. Ac vmbi
lici viget hic p̄cilio chara. Vn̄ ⁊ ea die ibi
fit ſtatio. Sz ſubiūgit ꝙ q2 caro eſt de veri
tate humane nature credimꝰ ꝙ xp̄o re
ſurgēte ad locū ſuū rediſt gl'ificata. Hec D
ille. Et id qd̄ ipſe credit eſt verū aliquo
mō: vt patebit in q̄ſtionibus. De ſangui
ne etiam xp̄i vtrum aliquid eſſe poſſit in
terris: infra in q̄ſtionibꝰ patebit. Et ſurre
xit cū cicatricibꝰ. Prio in ſignū victorie.
Scdo ad ꝯfirmādū diſcipulorꝝ fidē. Ter
tio vt patri ſupplicās oſtēdat quale genꝰ
mortis ſuſtinuit. Quarto vt ſciamꝰ q̄ꝫ mi
ſericorditer ſumꝰ adiuti. Quīto vt in iu
dicio videāt iniuſti q̄ꝫ iuſte dānent̄. Et in
apturis vulnerū ſpālis ſplendor appare
bit. Et lz ibi ſit diſcontinuitas corꝑis tn̄
hoc ꝑ gloriā ibi apparentē recōpenſat̄.
Hec oīa. s. Tho. exceptis his q̄ de circū
ciſione dicta ſunt. Sz in verbis eiꝰ latēt
ꝓfunda q̄ vereor. Nā ꝙ dixit xp̄m oſtēde
re patri cicatrices: nō ſic intelligitur q̄ſi
pr̄ ignoret q̄d filiꝰ ꝑtulerit: ſed q2 ipſe filiꝰ
in q̄ꝫtum hō ad cicatrices aſpiciēs exci
tat̄ ad feruorē ſupplicādi pro nobis ſicut
⁊ nos corā deo recitamꝰ nr̄as neceſſita
tes nō vt illū doceamus: ſed vt nos exci
temꝰ. Sz ꝯtra. q2 beati nō creſcūt neq̄ de
creſcūt in bona voluntate vel affectiōe.
Solutio. verū eſt in affectione ſiue frui
tione btifica q̄ ſemꝑ eadē ⁊ eque intenſa E
eſt: ſicut ⁊ beatifica viſio: q2 toto conatu ⁊
toto poſſe beati ferunt̄ in illā charitatē
⁊ bonitatē diuinā. ſed tn̄ habēt aliquas
volitiōes nō beatificas ſicut ⁊ aliquas in
tellectiones: q̄ abeunt ⁊ adueniunt ⁊ intē
duntur ⁊ remittunt̄: non propter augmē
tuz luminis glorie vel charitatis aut gra
tie: ſed maiorem vel minorem conatum
potentiarum ad agendū. Quō etiam ſint
in corpore xp̄i vulnerum aperture vtrū. ſ.
ſic vt fuerūt in ſepulcro: vel q2 loca vulne
ruz ſunt depreſſiora reliqua cute: non eſt
facile dicere: licet poſſit vtrunq̄ teneri.
¶ Quātū ad tertiū principale vidēda ſūt F
ea q̄ reſurrectionē ſunt cōſequuta: q̄ ſunt
manifeſtatio eiꝰ ⁊ approbatio. Et quidē
quantū ad primū ſciēdū eſt: ꝙ lz diſcipu
li nō debuerant xp̄m videre reſurgētē vt
dictū eſt: tn̄ debuit eis apparere. Appa
ruit autem vt ex diuerſis locis euangelij

colligit ſepties diuerſis pſonis ſpecialr
et ſemel oib9 ſimul. Primo enim appa-
ruit Marie magdalene remanēti extra ſe
pulcrū alijs recedētib9 vt hr Jo.xx. ⁊ mar.
xvi. Scdo eidē marie magdalene cū alijs
mlierib9 a ſepulcro reuertētib9: qꝛ poſtq̄
viderāt xp̄m ſecuta eſt alias: ⁊ īuenit eas
in itinere. Et cū diceret eis ſe vidiſſe dn̄z
B tūc xp̄s eis apparuit dicēs. Auete. vt hr
Mat. xxviij. Tertio petro: ſz q̄ hr Lu. vl.
Ubi aūt appuerit ei: expſſe nō hr ſz tn̄ qꝛ
vt hr Lu. vlt. poſtq̄ cucurrerat ad monu
mentū abijt ſecū mirans: probabile eſt q̄
ei exiſtenti in tali admiratione apparue-
rit. Non aūt eſt pbabile qd dicunt q̄daz
q̄ apparuerit in cauerna in qua poſt ne-
gationē fleuit: qꝛ iā de illa erat egreſſus:
⁊ ad monumētū cucurrerat anteq̄ vide
rit dn̄m. Quarto apparuit duobus eunti
bus in emaus: vt dicit Luc. vlti. Quinto
decē aplis abſente Thoma vt hr Jo. xij.
Iſte aūt quinq̄ apparitiones facte ſunt
oēs in die paſche: vt patet intuētib9 euā
gelia hoc repreſentat ſacerdos in miſſa
H quinq̄ vicib9 ſe vertendo ad pplm ſz in
tertia vertit ſe cū ſilētio. qꝛ apparitio fa-
cta petro naſcit qn̄ vel vbi fuerit. Sexto
apparuit in octaua reſurrectionis vnde
cim aplis exiſtente vbi Thoma. Joā. xx.
Septimo petro ⁊ ſocijs ad mare tiberia
dis. Jo. vlti. Octauo in galilea. ſ. in mōte
thabor vt pꝫ. Mat. vlt. Ubi eñ incōple
te ⁊ paucis gloriam reſurrectionis ſue in
trāſfiguratiōe oſtenderat ibidē illam oñ
dit oibus diſcipulis. Et de iſta credit lo-
qui Pau. di. j. Cor. xv. Deinde viſus eſt
plus q̄ quingentis fratribus ſimul. Sed
qſtio tūc potuit apparuiſſe quingētis fra
trib9 cū xp̄iani eſſent fere centuz viginti
tpe aſcenſionis. vt dicit Luc. in actibus
apoſtolorum. Solutio erāt fere centū vigin
I ti in hierlm: ſed qn̄ iſti fuerunt in galilea
ibi erāt multo plures. Iterū aūt his ap-
paruit in die aſcenſionis: ſemel in hieru-
ſalē diſcipulis cōueſcēs ⁊ ſemel in mōte
oliueti in hora aſcēſionis: vt hr Act. j. et
Heb. vl. ⁊ Mar. vl. primo tamē ⁊ añ oēs
apparuit beate virgini: vt dicit Amb. in
lib. de virginib9 Maria inquit ergo vidit
xp̄m reſurgentē ⁊ prima vidit. Q2ia tñ
iſta apparitio fuit ſecreta nec virgo eam

publicauit: iō tacēt euangeliſte. Nec eſt
ſimile de ea q̄ facta eſt petro. qꝛ ipſe erat
electus teſtis xp̄i ⁊ baiulus doctrine ei9
nō aūt virgo mater. ¶ Eſt tñ ſciēdū circa
pdicta q̄ ſm amb. ſup Luc. nō eſt eadem
magdalena de qua dicit Matt. ⁊ de qua K
Jo. Conat aūt hoc pbare: qꝛ de iſta de q̄
Matth. narrat: dr q̄ tenuit pedes xp̄i et
alij dictū eſt: noli me tangere. Hec vidit
angelū cū primo venit illa neminē vidit
Iſta diſcipulis dn̄m ſurrexiſſe nuntiat:
illa raptum eſſe. Hec gaudet: illa plorat.
Sz tñ cōiter tenet q̄ ſit eadē. ad motiua
aūt amb. dr q̄ eadez maria ſicut dr. mag.
hiſt. poſt vidit xp̄m in forma ortulani: dū
iret hoc alijs nūtiare facta eſt digna. vt
cū alijs tangeret dn̄m. Et lz btūs Joan.
non dicat vt viderit angelū: qn̄ primo ve
nit ad monumentū: tñ etiā nō negat eam
angelū vidiſſe. ſed dicit q̄ vidit lapidem
reuolutū: cū quo ſtat q̄ etiā angelū ſuper
ſedētē vidit: lz taceat euāgeliſta. Et eadē
plorabat anteq̄ dn̄m vidiſſet: poſtea vo
gauiſa eſt. Maxima vo difficultate ſolui
tur illud q̄ vna nuntiat xp̄m ſurrexiſſe: L
alia fuiſſe raptū. Sed forte dici poſſet q̄
ipſa magdalena prio nuntiauit illū ſubla
tū: ſed deinde veniēs ad monumētū ſcdo
cū Joane: ⁊ petro: ⁊ ibi remanens xp̄o vi
ſo in forma ortulani eū nuntiauit ſurrexiſ
ſe. Sz ɔtra qꝛ cū pmo venit ad monumē-
tum. audiuit ab angelo q̄ reſurrexit. Ad
hoc pōt dici: qd ipſa q̄ primū vidit ſubla
tū lapidē relictis alijs mulierib9 nō vltra
pceſſit: ſz ſtati iuit aplis nūtiare. vñ Jo.
dr q̄ cucurrit: iō angelū loquētē non au-
diuit: vl ei9 vba nō accepit vt vba ange
li. Poſtq̄ vo illa nūciauerat ſuperuenerūt
alie referētes vba angeli. Uñ qꝛ angeluz
nō cognouit angelū eſſe poſtq̄ ſcda vice
cū ioanne ⁊ petro venit ad monumētū et
ibi flebat ad angelos q̄rētes q̄d ploraret
ſicut ad hoies loquebat: qꝛ etiā alijs refe
rētibus angelica vba ipſa tñ nō credidit
vba eſſe angelica: ſz dn̄m de monumēto
credidit ſublatū. Uñ res ita acta eſt. Ipſa
eñ venit cū alijs dn̄ab9 ad monumētuz M
qd pt qꝛ cū nūciabat aplis dn̄m ſubla-
tum loquebat in plurali dicens ⁊ neſci-
mus vbi poſuerunt eū. Sed tñ ipſa prioꝝ
alijs retroceſſit qꝛ vbi monumentū vidit



apertū ⁊ angelū in forma hois ſup lapidē
ſedentē: ſtatim cucurrit aplis nuntiare:
nec cognouit angelū eſſe: lz forte verbouz
A ei9 principiuz audiuerit. Poſt eā vo ve-
nerunt alie dicētes ſe angeloꝝ vidiſſe vi-
ſionē: qꝛ. ſ. viderunt eo mō quo in ſabba-
to ſcdō dictū eſt. Et ſic Petr9 ⁊ Jo. currē-
tes ⁊ mulieres poſt ipſos feſtinātes: ite-
rum venerūt ⁊ viderūt ſepulcrū vacuū ⁊
linthcamina. Et deinde ceteris abeunti
bus Maria remanſit ſola: et vidit duos
angelos ⁊ xp̄m: et ſtatim inſecuta alias
dn̄as in via deprehēdit ea: ⁊ tūc xp̄s ſcdo
apparuit eis. Et lz Matt. videat dicere
iſtam apparitionē factam qn̄ mulieres a
monumēto pma vice regrediebant viſo
angelo: tñ vtit tali modo loquēdi. Uel qꝛ
iſta apparitio facta eſt in regreſſu: ⁊ ſi nō
in primo. Uel qꝛ prim9 regreſſus nō fuit
cōplect9: ſed obuiauerūt illis petr9 ⁊ Jo.
cum qb9 regreſſi ſunt ad ſepulcrū ⁊ inde
cū regrederent nuntiare alijs aplis q̄ vi-
derāt: dn̄m viderūt in via. Si autē dicat
vt dicit Ambro. q̄ fuit alia Maria nulla
eſt difficultas: ſed primum tenet verius.
B ¶ Quantū ad tertiū ſciēdū eſt vt dicit. s.
Tho. iij. par. q. lv. q̄ xp̄s reſurrectionem
ſuā debuit p argumēta declarare. nō q̄-
dem vt argumētū eſt rō rei dubie faciēs
fidē: nā talis rō ſi fuiſſet ex notis diſcipu
lis nō excederet rōnē humanā: ac p hoc
nō ſufficiēter pbarent reſurrectionē que
humanā rōnē excedit. Opz eñ pncipia
ex eodez gñe aſſumi: vt dr. j. Poſterioꝝ.
Si aūt fuiſſet ex ignotis: nihil notificaſ-
ſet. Iſta, ergo argumēta fuerunt [vt dicit]
ſenſualia ſigna que et Ariſt. vocat argu-
menta. Per q̄ reſurrectio aſtruenda erat
vt dicit. Prio qꝛ nō erāt diſcipuli diſpo-
ſiti ad facile illā credere. Scdo vt effica-
cius eēt illoꝝ teſtimoniū. Nec tñ ppter
hoc debuit cū eis poſt reſurrectionē cō-
tinue ɔuerſari vt idē dicit; qꝛ credere po-
tuiſſent eū adhuc ſecū eē ⁊ ad priorē vitā
illū ſurrexiſſe ſed ad reſurrectiōis gl'iam
aſtruēdā ſufficiebat frequēter apparere:
marie a pncipio qn̄ in eis hēbat reſurre-
C ctiōis fidē fundare. Eſt aūt incertū vbi il
lis. xl. dieb9 fuerit: vt dr. s. Tho. Et idē dr
mag. hiſt. de patrib9 quos eduxit de lim
bo. Dicit tñ. s. Tho. iij. di. xxij. q̄ illis. xl.

dieb9 fuit in paradiſo terreſtri cū aiabus
ſanctoꝝ patrum. Argumēta aūt illa oia
ſufficiēter oſtēdebāt veritatē reſurrectio-
nis. Oſtēdit eñ vt idē dicit. s. Tho. ſ. ve- D
rum corp9. i. nō phātaſticū vel rarū ha-
buiſſe: qꝛ palpabile ⁊ humanū: qꝛ hoc vi
debāt: ⁊ idē numero p cicatrices ⁊ vulne
ra: ⁊ aiam p opa vite nutritiue: qꝛ vere co
medit: ⁊ vite ſenſibilis: qꝛ oſtēdebat ſe au
dire: videre ⁊ intellectualis: differēdo de
ſcripturis: ⁊ diuinitatē i miraculo piſciū
⁊ aſcēſiōe: ⁊ ſe eſſe glorioſum: intrādo ia-
nuis clauſis ⁊ euaneſcēdo. Non autē eis
apparuit in ſua claritate: qꝛ illā ferre ne-
quiuiſſent: ⁊ forte eū aliū credidiſſent q̄-
nis hoc fecerit in tranſfiguratione ante
paſſiōis humilitatē: ne illā deſpicerent.
Contra: qꝛ ſi ſpūs aſſumpſiſſet corpus po
tuiſſet eos in iſtis decipe. Ad hoc dicit.
s. Tho. in. iij. q̄ nō eſt verū: qꝛ ars nō pōt
equari nature: ideo opera vite nō poteſt
ſpirit9 in corpore ita bene exercere ſicut
aia ideoq̄ ex longa cōuerſatione illū co-
gnouiſſent. Hec oia ex ſancto Tho.

Feria. ij. infra octauas paſche.
Textus euang. Luc. cap. xxiiij.

Duo ex diſcipulis ieſu E
ibāt ipſa die in caſtellū
qd erat ī ſpatio ſtadio
rū ſexagita ab hierlm
noīe Emaus. Et ipſi
loquebant ad inuicē de his oib9 q̄
acciderāt. Et factū eſt dū fabularē
tur ⁊ ſecū quererēt ⁊ ipſe Jeſus ap
propinquās ibat cum illis. Oculi
aūt illoꝝ tenebant ne eū agnoſce-
rēt. Et ait ad illos. q̄ ſunt hi ſermo
nes quos cōfertis ad inuicē: ambu
lantes ⁊ eſtis triſtes. Et rn̄dēs vn9
cui nomē cleophas dixit ei. Tu ſo-
lus peregrin9 es in hieruſalē et nō
cognouiſti que facta ſunt ī illa his
dieb9. Quibus ille dixit Que. Et
dixerūt de Jeſu nazareno qui fuit F
vir ppheta potens in ope ⁊ ſermo
ne coram deo ⁊ omni pplo. Et quō
tradiderūt eum ſummi ſacerdotes

⁊ pͥncipes noſtri in dãnationẽ moꝛ
tis ⁊ crucifixerũt euȝ. Nos aũt ſpe-
rabamus qꝛ ip̃e eſſet redempturus
iſrael. Et nunc ſup hec oĩa tertia
H dies eſt hodie qꝺ hec fctã ſunt. Sȝ
⁊ mulieres q̃dã ex nr̃is terruerunt
nos q̃ añ lucẽ fuerũt ad monumen
tum: ⁊ nõ inuẽto coꝛpe eiꝰ: venerũt
dicẽtes ſe etiã viſiões angeloꝝ vi-
diſſe q̃ dicũt eũ viuere. Et abierũt
q̃dã ex nr̃is ad monumẽtũ ⁊ ita in-
uenerunt ſicut mulieres dixerunt:
ip̃m vero nõ inuenerũt. Et ipſe di-
xit ad eos. O ſtulti et tardi coꝛde
ad credẽdũ in oĩbꝰ que locuti ſunt
ꝓphete. Nonne hec opȝ xp̃m pati ⁊
ita intrare in gloꝛiã ſuã. Et icipiẽs
a moyſe ⁊ oĩbꝰ ꝓphetis interpꝛeta
bat illis in oĩbꝰ ſcripturis q̃ de ip̃o
erãt. Et appꝛopinquauerũt caſtel-
lo q̃ ibãt ⁊ ip̃e finxit ſe lõgiꝰ ire. Et
coegerũt illũ dicẽtes. Mane nobi-
ſcum dñe qm̃ adueſperaſcit ⁊ incli
I nata eſt iã dies. Et intrauit cũ illis:
Et factũ eſt dum recũberet cũ illis
accepit panẽ ⁊ bñdixit ac fregit et
poꝛrigebat illis. ⁊ aperti ſunt oculi
eoꝝ ⁊ cognouerunt eũ. Et ip̃e eua-
nuit ex oculis eoꝝ. ⁊ dixerũt ad inui
cẽ. Nõne coꝛ nr̃m ardẽs erat in no-
bis dum loqueret in via ⁊ aperiret
nobis ſcripturas: ⁊ ſurgẽtes eadẽ
hoꝛa regreſſi ſunt in hierl̃m ⁊ inue
nerunt cõgregatos vndecim ⁊ eos
q̃ cuȝ ip̃is erãt dicentes ꝙ ſurrexit
dñs vere ⁊ appꝛuit ſimoni: ⁊ ipſi nar
rabãt que geſta erant in via: ⁊ q̃ñ
cognouerũt euȝ in fractiõe panis.

K D[uo] ex diſcipulis Ieſu ⁊c.]
Lu. xxiiij. In pꝛeſenti euã. in
quo vna xp̃i apparitio poſt
reſurrectionẽ ſuaȝ narratur:
tangunt tria puncta quibus
ſe vere ſurrexiſſe ꝓbauit: que ſunt Ambu
latio Locutio ⁊ Mãducatio. ¶ Quãtuȝ
ad pꝛimũ ſciẽdum eſt ꝙ oꝛdinata ꝓgreſ-
ſio eſt ſignum vite in coꝛpe humano. Vñ
Jo. xi. dñs dans ſignũ vite. Lazari dixit K
ſoluite ⁊ ſinite abire. ⁊ petrꝰ dum cũ Si-
mone mago pugnaret: ⁊ viſus eẽt ꝓpter
Simonis incãtatiões caput agitare de-
functus q̃dã ait. Si viuit ſurgat ⁊ ambu-
let: alioq̃ ſciatis phantaſma eſſe. Nõ eſt:
qꝛ tria ſunt agẽtia ſuboꝛdinata. ſ. deꝰ na-
tura ⁊ ars. Vñ ſicut natura deo eq̃ri non
põt: ita neq̃ ars nature. Jdꝙ nulliꝰ ſpũs
põt quocũq̃ igenio ita bñ coꝛpꝰ huma-
num mouere ſicut aĩa: q̃ naturalr̃ eſt eiꝰ
foꝛma. Et iõ ambulatio oꝛdiata eſt reſur
rectiõis ſignũ: ⁊ ꝑ illã xp̃s ſe ſurrexiſſe ꝓ-
bauit. Dicit ergo. [Duo ex diſcipulis Je
ſu] nõ ex duodecim: ſȝ ex. lxx. De vno aũt
hoꝝ nõ eſt dubiũ qꝺ ipſe eẽt Cleophas:
Aliuȝ aũt vt dicit Theo. ⁊ mag. hiſt. aliq̃
vt Greg. in ꝓlo. ſup moꝛ. tradũt eẽ Lucã
q̃ moꝛe ſcriptoꝝ q̃ ſcripturas. ſ. hiſtoꝛia-
les ediderunt nomen ſuũ tacet. Sed tñ. ſ.
Amb. dicit ꝙ vocabat Amaon. [Ibant L
ipſa die] reſurrectiõis. ſ. xp̃i [in caſtelluȝ]
qꝺ vt dicit Aug. ſm Marcuȝ appellatur
villa. [qꝺ erat in ſpatio ſtadioꝝ. lx. ab hie
ruſalem.] Scꝺm autẽ qꝺ dicit Mag. hi-
ſtoꝛiaꝝ: Greci ſcriptoꝛes tradũt herculẽ
gigãtẽ vno anhelitu. cxxv. paſſus cucur
riſſe ⁊ deinde ſteriſſe: ⁊ a ſtando ſpatium
huiõi vocatum ſtadium. Cum autẽ octo
ſtadia faciãt miliare: in ſumma. lx. faciũt
ſeptem milia paſſuũ ⁊ quingentos: id eſt
ſeptẽ milliaria ⁊ quatuoꝛ ſtadia. i. leucas
tres ⁊ tres ptes quarte. Hec il[l]e. Et ideȝ
innuit Bed. [noĩe Emaus] Sicut aũt di
xit Bed. Emaus ip̃a eſt nichopolis ciui
tas in ſignis paleſtine: q̃ [p]oſt vaſtationẽ
iudee ſub marco aurelio inſtaurata. mu
tauit nomẽ. ſȝ ſi erat ciuitas vt dicit Be
da q̃ñ potuit appellari villa: vt dicit
Aug. Ad hoc dicꝙ abſolute nõ fuit villa:
ſed cõparatiue ad hieruſalẽ: rõne nobi-
litatis hierl̃m ⁊ vicinitatis emaus ad il-
lã. [Et ipſi loq̃bant ad inuicẽ] nõ q̃ſi credẽ M
tes ſm Tho. ſȝ q̃ſi ſtupẽtes [de his oĩbꝰ
q̃ acciderant]. i. de xp̃i vita ⁊ moꝛte. Be-
da. Loquentes aũt de ſe dñs appꝛopin-
quãs comitat: ⁊ vt fidẽ reſurrectiõis mẽ-
tibus eoꝝ incẽdat: ⁊ vt qꝺ ſe facturũ ꝓmi



ſerat impleat. ſ. vbi duo ſunt vel tres con
gregati in noĩe meo ipſe ſum in medio
eoꝝ. Hec ille. [Et factum eſt dum fabula
rent] Fabula ꝓpꝛie eſt res que nec vera
nec veriſimilis eſt. ⁊ a fando dr̃: eo ꝙ in
A ſolo fato conſiſtat. Fabulari autẽ pꝛopꝛie
eſt fabulas vel falſa recitare: ſed exten-
ſo vocabulo oẽs ſimul fantes ⁊ colloquẽ
tes fabulari dicunt: ⁊ ita ſumit hic. Nõ
enim fabulas. ſed xp̃i facta recitabant [⁊
ſecum]. i. ad inuicẽ [quererent.] Nullus
enim eoꝝ tenebat locum magiſtri vel di-
ſcipuli: ſed vterq̃ viciſſim interrogabat
⁊ rñdebat [Et ipſe ieſus appꝛopinquans
ibat cũ illis [quaſi peregrinꝰ. Theo. Ob
tento iam ſpirituali coꝛpoꝛe nõ obſtabat
loci diſtantia: quin adeſſet quibus vole-
bat: nec vlterius naturalibꝰ legibus coꝛ
pus ſuum regebat: ſed ſpiritualibus ⁊ ſu-
pꝛa naturã. Hec ille. Q̃ñ aũt poſſit glo-
rioſum coꝛpus ꝑ maximũ ſpatiũ ad libi-
tuȝ quaſi imperceptibiliter moueri: vide
s. Tho. iiij. di. xliiij. [Oculi autẽ eoꝝ tene
bantur ne eum agnoſcerẽt. ¶ Eſt autem
B ſciendũ: ꝙ ſm. s. Tho. in. iij. ſen. diſt. xxi.
xp̃s iſtis oſtẽdit ſuam naturalẽ foꝛmam.
¶ Sed contra qꝛ ipſe in. iij. parte. imo ⁊
beatꝰ Marcus dicit: ꝙ apparuit in alia
effigie. Ad hoc dico ꝙ effigies fuit alie-
na quo ad habitũ: qꝛ videbat peregrinꝰ
non autẽ quo ad lineamẽta ⁊ coloꝛẽ vul-
tus: vt ipſemet innuit. Sed quare nõ co-
gnouerunt eum. Ad hoc dicit ſm eundẽ
ꝙ hoc potuit eſſe qꝛ eũ moꝛtuũ credebãt.
Non eñ quis facile cognoſceret illũ quẽ
moꝛtuũ crederet ſi in alieno habitu vide-
ret. Scꝺo potuit eſſe vt idẽ dicit ꝑ acriſiã
vel ſm alios ꝑ auriſiã: vel meliꝰ aoꝛaſiã
de qua habet in glo. Geñ. xix. Eſt ei acri
ſia vt dicit mag. hiſt. cecitas que facit nõ
videre nõ oĩa: ſȝ q̃ nõ eſt opꝰ: ſm quã. vt
ait foꝛte aliq̃ñ accidit ꝙ q̃rimꝰ id qꝺ ma
nu tenemꝰ. Hac autẽ ꝑcuſſi ſunt a deo ſo
domite. Geñ. xix. ⁊ volẽtes cõpꝛhẽdere he
liſeuȝ. iiij. Reg. vi. Aliq̃ñ etiã eſt a diabo-
C lo vel a magis. Et ſic accidit iſtis. Vñ no
tandũ eſt verbum ꝙ oculi eoꝝ teneban-
tur: ⁊ hoc vel a deo efficiẽte: vl̃ a diabolo
deo ꝑmittẽte: vt dr̃ Aug. de cõſenſu euan
geli. Sed ꝓ his notãdũ eſt ꝙ p̃dicta ceci
tas apud diuerſos diuerſimode noiat:
ſiue ſcriptoꝝ iſcitia: ſiue alia qualibet cã.
Solum aũt in duo modi ſcribẽdi vident
initi veritati. ſ. dicẽdo cũ Aug. aoꝛaſia: qꝛ
cecitas grece aoꝛaſia dr̃: vel dicendo cuȝ D
s. Tho. acriſia: ab a qꝺ ẽ ſine ⁊ criſis iudi
cium. Sed Aug. ſic ſcribit cõſulens ver-
boꝛum lepoꝛi. s. Tho. autẽ ſeruauit pꝛo-
pꝛietatẽ vocabuli: qꝛ iſta paſſio nõ eſt ce-
citas ꝑ defectuȝ vi[s]iue potẽtie: que grece
dicit aoꝛaſia: ſed ꝑ ligationẽ ſenſus vel
impedimẽtum iudicij. Vel tertio põt di-
ci ꝙ in ipſo trãſitu ad immoꝛtalitatẽ ali-
quo modo fuit alteratũ coꝛpus xp̃i: vt di-
cit mag. hiſt. ſicut ⁊ puero accidit cuȝ ſit
vir. Q̃ñ autẽ poſſit videri coꝛpus gloꝛio
ſum ab oculo nõ gloꝛioſo dicunt aliq̃ ꝙ
põt illud videre quo ad ſuum coloꝛẽ: ſed
non quo ad lucẽ gloꝛioſam: ſed oppoſitũ
tȝ. s. Tho. in. iiij. diſ. xliiij. qꝛ illa claritas
non differt a naturali niſi quo ad cãm.
Vñ cum beatꝰ ſe oſtẽdat plus vel minus
luciduȝ: vt ſibi placet põt ab oĩ oculo vi-
deri ſi vult. Sed quare xp̃s nõ voluit ab
eis agnoſci? Dicit ꝙ ſm Theo. fuit pꝛo-
pter multa. Pꝛio vt totã ſuã dubiã inten E
tionẽ reuelent: ⁊ vulnus detegentes reci-
piãt medicinã. Hec ille. Scꝺo vt cogno-
ſcerẽt ꝙ q̃uis coꝛpus ip̃m qꝺ paſſum fue
rat ſurrexerit nõ tñ erat amplius tale vt
eſſet oĩbus viſibile: ſȝ tñ his a quibꝰ vel-
let videri. Hec idẽ. Tertio vt nõ dubitẽt
quare de cetero nõ cõuerſatus intra ple
bem qꝛ ſcȝ poſt reſurrectionẽ cõuerſatio
eius erat digna hoĩbus: ſed diuina ma-
gis. Hec ille. Quarto ſm. s. Tho. ⁊ Greg.
fuit qꝛ diuina nobis manifeſtãtur ſm ꝙ
ſumus diſpoſiti Greg. Conuenicẽter etiã
eis ſpẽm quã nõ agnoſcerẽt oſtẽdit: hoc
agens foꝛis in oculis coꝛpoꝛis: qꝺ apud
ipſe intus agebat in oculis coꝛdis. Ipſi
nãq̃ apud ſemetip̃os ⁊ amabãt ⁊ dubita
bant. De ſe ergo loquẽtibꝰ p̃ſentiã exhi-
buit. ſȝ de ſe dubitãtibus cognitiõis ſue
ſpẽm abſcõdit. Hec ille. ¶ In hac pte eſt
documẽtuȝ moꝛale ꝙ ſemꝑ bona nobis
loquẽda ſunt vt nobiſcũ ſit xp̃s. ¶ Mo- F
ralr̃ aũt hierl̃m q̃ dr̃ viſio pacis: ſignificat
patriã in q̃ videbit rex in decoꝛe q̃ eſt pax
nr̃a: Emaus v° qꝺ interpꝛetat mater fe-
ſtinans ſignificat eccleſiã militantẽ que
fideles generat p̃dicando: baltizat bapti

zādo ⁊ nutrix exhortādo: ⁊ ꝯſolatur ꝑmit-
tēdo. j. Cor. iij. Tanq̄ꝫ paruulis in xp̄o lac
vobis dedi: nō eſcam. Feſtinat aūt in pa-
G triā ingredi. Iſti ergo ꝑdita fide formata
ieſu cum iam eſſent in hierl'm per ſpem
qua erāt quaſi ſecuri: reuertunꝫ ab ea ad
em aus: ſed vbi illū recognoſcunt cogni
tione ſpirante amore: reuertuntur in hie
ruſalem vbi etiā vident xp̄m. ¶ Quantū
ad ſcd'm ſciendū eſt ꝙ reſurrectiōis vere
ſignū eſt loqui bene. Et huius eſt eadem
ratio ſicut ⁊ in ambulatiōe. Unde ⁊ dia-
bolus incuſatus ꝙ per arreptitiū incon-
grue loqueretur: dixit ꝙ iſte ruſtic9 ita groſ
ſam haberet linguā ꝙ ſuo modo nō po-
terat illā mouere. Et de adoleſcēte ſuſci-
tato Luc. vij. dr̄ ꝙ cepit loq̄ in ſignū. ſ. ve-
re reſurrectionis. Dicitur ergo [⁊ ait ad il-
los. Qui ſunt hi ſermones quos ꝯfertis
ad inuicē ambulātes eſtis triſtes?] Greg.
Conferebāt q̄dē inter ſe quaſi nō ampli9
expectātes xp̄m videre: ſꝫ doloroſi quaſi
ꝑempto ſaluatore. Hec ille. ¶ Interro-
gat autē nō ex ignorātia: ſꝫ vt r̄nſiōe eoꝝ
H incredulitas cōueniētius arguatur. [Et r̄n
dēs vn9 cui nomē cleophas: dixit ei] cre-
dēs qd' eēt ꝑegrin9 q̄ ad paſcha veniſſet
in hierl'm [tu ſol9 peregrin9 es in hierl'm
⁊ nō cognouiſti que facta ſunt in illa his
dieb9.] Ubi aduertendū ꝙ ly ſol9 nō ex-
cludit alios ꝑegrinos ab iſto cum multi
fuerint in paſcha ex q̄ſi innūerabiles: ſꝫ
excludit iſtū a cognitiōe mortis xp̄i cum
alijs ꝑegrinis: vt ſit ordo. Tu es ꝑegrin9
⁊ ſol9. i. inter ꝑegrinos nō cognouiſti in
hierl'm que facta ſunt in ea. q. d. Miruꝫ
eſt ꝙ ſolus neſcias qd' oēs ſciūt [q̄bus il-
le dixit. Que? Et dixerūt ei. de Ieſu naza
reno q̄ fuit vir ꝓpheta] Beda. Prophe-
tam fatenꝫ filiū dei tacēt vel nondū ꝑfe-
cte credētes vel ſolliciti ne inciderent in
man9 iudeoꝝ ꝑſequentium qr neſciebāt
q̄s eſſet qd' verū credebāt celantes. Hec
ille [Potēs in opere] miraculoꝝ [⁊ ſermo
ne] predicationis [corā deo]. i. in veritate
[⁊ omni ꝑplo]. i. etiam apparēter [⁊ q̄uo
tradiderūt eū ſummi ſacerdotes]. i. prin-
cipes ſacerdotū: qui erāt. xxiiij. [⁊ princi-
I pes ꝑpl'i]. i. nobiles. Uel ſummi ſacerdo-
tes ipſi ſunt principes. ⁊ ly ⁊ ſtat ꝓ ideſt.
Iſti eīn tradiderūt Ieſum [in dānationē

mortis: ⁊ crucifixerūt eum] qr ꝑſuaſerunt
populo vt a pilato peterent barabbā. et
ieſus crucifigeretur. Greg. Subdit autē
deſperatiōis vox cum ſubdit. [Nos aūt K
ſperabam9 ꝙ ipſe eſſet redēptur9 iſrael]
Sperabamus inquit nō ſperamus: ac ſi
mors dn̄i ſimilis eſſet mortibus alioꝝ.
Hec ille. Theo. Expectabāt eīn xp̄m ſal-
uaturum ⁊ redēpturū ꝑpl'm iſrael ab in-
gruentib9 malis ⁊ a ſeruitute romanoꝝ.
Ip̄m quoq̄ꝫ credebāt terrenum regē fieri
qui putabant nec promulgatā in ſe mor-
tis ſententiā cauere potuiſſe. Hec ille. Be
da. Merito ergo triſtes incedebant: qr ⁊
ſeipſos quodā mō arguebāt: ꝙ in illo re
demptionē ſperauerunt quē iam mortuū
viderant: nec reſurrecturum credebant:
⁊ maxime dolebāt eū ſine culpa occiſum
quem nouerāt innocētē. Hec ille. Theo.
videtur tn̄ hi viri nō omnino increduli
eſſe per hoc qd' ſubdit. [Et nunc ſup hec
oia tertia dies eſt hodie ꝙ hec fctā ſunt]
in quo videnꝫ habere memoriā eius qd'
eis dn̄s dixerat ſe die tertia reſurrecturū. L
Hec ille. Unde ⁊ relatā a mulieribus re-
ſurrectionis famam cōmemorant: cum
ſubditur: ſꝫ ⁊ mulieres quedā ex noſtris
terruerunt nos narrātes factū tam inſo
litum. Uel terruerūt nō de reſurrectione
quam nuntiabāt: ſed de ablatiōe corpo-
ris quā apoſtoli timebāt. Uel ꝑ terrorē
ſm̄ Grego. intelligit ſtupor. Apoſtoli eīn
nō exiſtimabāt firmū qd' referebāt ille. ⁊
tn̄ ſtupebāt [q̄ ante lucē fuerūt ad monu-
mentū: ⁊ nō inuenerūt corpus ei9 dicētes
ſe etiā viſionē angeloꝝ]. i. angelos viſibi-
les in aſſumptiōis corporib9 apparētes
[vidiſſe: q̄ dicūt eū viuere] ſcꝫ tn̄ ap'li ple
ne nō credebāt: timētes ne tanq̄ꝫ mulie-
res fuiſſent deluſe [⁊ abierūt q̄dā ex no-
ſtris [. i. Petrus ⁊ Ioānes ⁊ forte alij] ad
monumētū: ⁊ ita inuenerunt] ſepulcrum
vacuū [ſicut mulieres dixerūt ip̄m vō nō
inuenerūt] Alicubi circa ſepulcrū ⁊ ſic pꝫ
ꝙ iſti nō erāt ex toto increduli vel diſpe-
rati: ſed erant fluctuātes. ⁊ plus forte ad
incredulitatē ⁊ deſpatiōe q̄ꝫ ad oppoſi- M
tā partē declinabāt. Iō ipſe incipit eos
redarguere cum ſubdit [Et ipſe dixit ad
eos: o ſtulti] ꝑp mētis cecitatē. Nec hoc
dixit q̄ſi inferēs ꝯtumeliā: ſꝫ oſtēdēs ma-



gnā eoꝝ ignorātiā. Nec ad iniuriādū ſed
ad corrigendū: ⁊ ad eoꝝ vtilitatē. [⁊ tardi
corde]. i. duri voluntate. [ad credendū in
oibus q̄ locuti ſunt ꝓphete] de xp̄o. quaſi
A diceret. Iſta q̄ credere nō vultis oia ſunt
ꝑ̄dicta a prophetis. Et qr de9 mētiri nō
pōt: neceſſarium fuit ex ſuppoſito qd' ita
fieret ſꝫ non abſolute. Un̄ ſubditur: [Nō
ne hec [q̄ dixiſtis] oportuit pati xp̄m [ſcꝫ
ſi deus ſic ꝑ̄dixit: ⁊ ad redēptionem gn̄is
humani [⁊ ita] ꝑ humilitatē paſſionis [in
trare in gloriā ſuā]. i. in locū in quo videt
gloria ſua. ſ. celeſte. vel in gl'iam ſuam id
eſt, ibi in ſuo corpe debitā. Surrexit enim
gl'ioſus in corpe: cū añ ſolū eſſet gl'ioſus
in aia. Iſido. Sed ſi oportebat chriſtū pa
ti: tn̄ q̄ eū crucifixerūt rei ſunt. Non enim
ſatagebāt ꝑficere quod de9 diſponebat.
Un̄ ⁊ eoꝝ executio fuit impia. dei vero
diſpenſatio prudētiſſima qui nequitiam
eoꝝ in beneficia generis humani cōuer-
tit quaſi vtēs vipereis carnibus ad anti-
doti ſalutiferi confectionē. Hec ille. Ex
B his pꝫ quātū fatui ſunt q̄ per tribulatio-
nes nolunt intrare in gloriā alienā: ſicut
ſi q̄s nollet intrare ciuitatē ꝑ regiā por-
tā. Oportuit aūt xp̄m pati ꝓpter multa.
Primo ꝓpter patris preordinationem.
Mat. xxvi. Calicē quē dedit mihi pr̄ non
vis vt bibā illū? Scd'o ꝓpter ſcripturaꝝ
īpletionē. Un̄ ibi dicit. Quō ergo imple-
bunꝫ ſcripture. Tertio ꝑp ſuā exaltationē
vt hic dr̄. Quarto propter nr̄am informa
tionem ſcilicet vt diſcam9 illud Act. xiiij.
Per multas tribulationes opꝫ nos in-
troire in regnū dei. Quinto ꝓpter nr̄am
redēptionē. j. Pe. j. Nō corruptibilib9 au
ro ⁊ argēto redempti eſtis. Sexto ꝓpter
nr̄am recōciliationē. Roma. v. Cū inimi-
ci eſſem9 recōciliati ſum9 deo ꝑ mortē fi
lij eius. Septimo ꝓpter inferni ſpoliatio
nē. zacha. ix. Tu vō in ſanguine teſtamē-
C ti eduxiſti vinctos tuos de lacu. Octauo
ꝑp celi apertionē ⁊ repletionē. ps. Aſcen
dēs in altū captiuā duxit captiuitatem.
Ut autē oſtenderet ꝙ ita ſcriptū erat ſe-
quitur [Et incipiens a moyſe [. i. a quinq̄ꝫ
libris moyſi [⁊ oib9 ꝓphetis interp̄tabat]
i. declarabat illis [in oib9 ſcripturis [. i. in
oib9 libris ſcripture q̄ de ipſo erāt [non
oia: qr tā breue ſpatiū nō ſufficeret. ſed ea

q̄ erant ad ſuū ꝓpoſitū pro diſcipuloꝝ
inſtructione oportuna. ¶ In hac parte
eſt morale documētum de quo ait Bed.
Si autē moyſes ⁊ ꝓphete de xp̄o locuti D
ſunt. ⁊ eū ꝑ paſſionē intraturuꝫ ꝑ̄dixerūt
quō glorianꝫ ſe eſſe xp̄ianum q̄ neq̄ꝫ quali
ter ſcripture ad xp̄m ꝑtineāt inueſtigat:
neq̄ꝫ ad gloriā quā cum xp̄o habere cu-
pit per paſſionem attingere deſyderat?
Hec ille. ¶ Quantū ad tertiū ſciendū eſt
ꝙ manducatio eſt ſignum reſurrectiōis.
Un̄ ⁊ Luc. viij. puelle ſuſcitate iuſſit dn̄s
vt darent manducare in ſignum reſurre
ctiōis. Dicit ergo [Et appropinquaue-
rūt caſtello quo ibāt.] ⁊ ſupple rogabant
vt cū eis maneret [⁊ ipſe oſtendens ſe il-
lis nolle eſſe finxit] nō verbis mentiendo: ſꝫ
corp9 ꝯponēdo [ſe longius ire] ad oſten-
denduꝫ ſm̄. Greg. ⁊ Augu. ꝙ a cordib9
eoꝝ diſtabat nec ſic fingere. ſ. ad ſignifi- E
candū eſt pctm̄: ⁊ iſti dicūt ſꝫ ad decipien-
dum. Sicut eīn vt dicit Aug. licitū eſt fin
gere vbis: vt cū dr̄ ꝑabola ita ⁊ factis q̄n
fit ad aliquā vitatē exprimēdā Gre. ſꝫ q̄n
eſſe extranei a charitate nō poterāt hi cū
q̄b9 charitas gradiebatur: eū ad hoſpitiuꝫ
quaſi ꝑegrinū vocāt. Un̄ ſeq̄t. [Et coege
rūt illū] Ex q̄ exēplo colligit qd' ꝑegrini nō
ſolū ad hoſpitiū inuitādi ſunt: ſꝫ etiā trahē
di. Hec ille. [Dicētes: Mane]. i. volum9
ꝙ maneas [nobiſcū qm̄ adueſpaſcit: ⁊ in
clinata eſt iā dies]. ſ. ad occaſum. Et per
diem intelligit cā diei. ſ. ſol. [Et intrauit
cū illis.] Grego. Menſam ponunt: cibos
offerūt: ⁊ deū quē in ſcripture ſacre expo-
ſitiōe nō cognouerāt: in panis fractione
cognoſcūt. Hec ille. Et vr̄ velle Grego. ꝙ
aliq̄n maius lumen nobis confert elee-
moſyna: q̄ꝫ lectio ſcripturarū [⁊ factuꝫ eſt
duꝫ recūberet cū illis.] Qr eīn antiqui in
lectis comedebant: edentes ad menſam
dicūtur accūbere vel recūbere. [Accepit
panē ⁊] ſicut ante paſſionē ꝯſueuerat [bn̄ F
dixit.] Bn̄dicēd9 eſt autē cibus propter
tria. Prīo ne in eo ſit diabol9 ⁊ eū diglu-
tiam9: ſicut de q̄dā monali narrat. Gre.
in dia. ꝙ eū diglutiuerit cū lactuca quā
ſine bn̄dictione auide momordit. Scd'o
ne ibi ſit venenū aut aliō corpalr nocēs ſi
cut erāt i potu q̄ btō bn̄dicto oblat9 ē: ⁊
idē dicit in eodē. Tertio vt virt9 cibi di-

nina inocatiõe fortificata magis nobis
ɔferat vt expedit. Sũpto vero cibo ſunt
deo grẽ referẽde: ſicut ⁊ xp̃s poſt cenam
dixit hymnũ: vt dr̃ Matt. xxvj. vt iterato
G nos reddam⁹ diuino bñficio dignos [ac
fregit] ſic ſine gladio ſicut alij incidunt
gladio vt vr̃ atteſtari. s. Tho. in. iij. q̃ di-
cit hoc [⁊ porrigebat illis. ⁊ aperti ſunt
oculi eorũ] mẽtales ſm Chry. qr corpora
les nõ habebãt clauſos. Sed qr iſta co-
gnitio fuit ſenſibilis: meli⁹ eſt vt de ocu
lis corporis accipiam⁹ hoc ſicut Augu.
videt accipere de cõ ſenſu euang. q̃ dicit
ꝙ lꝫ ocłos clauſos nõ haberẽt: tñ inerat
aliq̃d nõ ſignãs eos cognoſcere qd vide
bãt. Poſſum⁹ ergo eorũ ocłos fuĩcaptos
fuiſſe dicere: vł qr remota eſt acriſia: vel
qr p fractionez panis reducti ſunt in cõ-
gnitionez i cogniti [⁊ cognouerũt eũ] eſſe
magr̃m ſuũ [⁊ ipſe euanuit ex oculis eo-
rũ] [Hoc eñ facere potuit cũ haberet glo
rioſum corpus. Et debuit ꝓpter multa
ſm Theo. Primo qr nõ erat in tali ſtatu
vt diutius cũ eo ɔmorari deberẽt. Scd̃o
H vt eorũ affectuz augeret ex ſubtractione
ſui. Vñ ſeq̃tur [Et dixerũt ad inuicẽ. Nõ-
ne cor noſtrũ ardẽs erat in nobis de Je
ſu dũ loquerek in via et apperiret nobis
ſcripturas] Jſte autẽ ardor dupłr cauſa
tur. Vno modo ab ipſis verbis vt dicit
Orig. ⁊ Theo. q̃bus iſti illuminabãt vt
crederẽt magr̃m ſuũ eſſe verũ redẽptorẽ
⁊ ɔſtr inſurgebat amor. Cognitio eñ ꝓ
prij boni eſt amoris cauſa. Alio mõ pote
rat cauſari a dño intrinſecus inflãman-
te [Et ſurgẽtes eadẽ hora] ſine cena: ɔtẽ-
nẽtes noctis tenebras ⁊ odia iudeorum
[regreſſi ſunt in hierłm] vt nũciarẽt iſta
incluſis ꝓpter metuz iudeorũ diſcipulis
Et inuenerũt congregatos vndecim [qr
erat adhuc ibi thomas] [⁊ eos q̃ cũ ipſis
erãt: dicẽtes: qr ſurrexit dñs vere ⁊ appa
ruit ſimoni] cui fidẽ plus q̃ mulieribus
adhibebãt. Sicut aũt dicit Bed. ex mõ
loquẽdi euangeliſtarũ ⁊ Pauli apłi. dñs
intelligit Petro p̃mo inter oẽs viros ap
I paruiſſe. Sicut enim dicit Chry. primo ap-
parebat digniori: ⁊ cũ ille viſa referebat
ali⁹ min⁹ dignus diſponebat ad viſio-
nẽ: ⁊ ſic ei appebat poſtmoduz: ⁊ ſic de
alijs [Et ipſi narrabãt q̃ geſta erãt i via ⁊
quõ cognouerũt eũ in fractione panis.]
¶ In hac pte eſt morale documẽtũ libẽ
ter audiẽdi vbuz dei. De q̃ ait Greg. Ex
audito ſermõe inardeſcit anim⁹: cordis
frig⁹ recedit ſit mẽs in ſperno deſyde- K
rio anxia: audire libet p̃cepta celeſtia. et
quot mãdatis iſtruitur quaſi tot facib⁹.
inflammatur. Hec ille.

☞ Feria. iij. infra octa. paſche.
☞ Textus euãg. Luc. c. xxiiij.

Stetit Jeſus in medio di-
ſcipulorũ ſuorum. et dixit
eis, Pax vobis: ego ſum
nolite timere. Cõturbati
vero ⁊ cõterriti exiſtimabãt ſe ſpi-
deo exiui. Exiui a pr̃e z veni in mũ
dum. Iterũ relinquo mũdũ:z vado
ad pr̃em. Dicũt ei diſcipuli ei9:ecce
nũc palã loqueris, z pverbiũ nullũ

dicis: Nũc ſcimus q: ſcis oia:z nõ
opus eſt tibi:vt quis te interroget.
In hoc credim9:quia a deo exiſti.

AMen amẽ dico vobis ſi q̃d
petieritis zc.]Io.xvj. Circa.
preſens euangeliũ ſciendũ3 D
eſt ꝙ ſicut ex eo colligitur di
ſcipuli xp̃i quedã ſcire deſy-
derabant de q̃b9 xp̃s eos edocuit abſq3
hoc ꝙ illũ interrogarent. Hoc eñi ptz ex
eo ꝙ in fine euãgelij poſtq̃ eos de mul-
tis docuerat:dixerũt. Nũc ſcimus q: ſcis
oia:z nõ eſt op9 tibi vt q̃s te interroget.
Unde ſatis probabiliter dici põt ꝙ deſy-
derabant ſcire tria pũcta. Primũ vtrum
deus eos faciliter exaudiret. Secundum
vtrum eos deus amaret. Tertiuz:vtrum
xp̃s ad pr̃em haberet redire ſicut exierat
ab eo. De his autem oibus xp̃s eos edo-
cuit. ¶ Quantũ ad primũ ſciendum eſt ꝙ
ea q̃ dicuntur in p̃ſenti euangelio dicta
ſunt ea nocte qua traditus eſt dominus
z fere ſtatim poſtea que dicta ſunt in euã
gelio qd preceſſit immediate ante prece-
dẽs:ideo a fine illius inchoanda nunc eſt E
expoſitio. Poſtq̃ ergo dixerat:iterum
etiam videbo vos zc. ſubiunxit.[In illo
die.ſ. q̃ñ iterũ videbo vos[me non inter
gabitis quicq̃]Sicut autez dicit Chryſo.
verbũ grecũ hoc loco poſitũ ſonare põt
rogabitis z interrogabitis:z cõſequẽter
hoc qd hic dicit:dupliciter intelligi põt.
Uno modo vt loquamur[ſm Chryſo. de
die reſurrectionis xp̃i. Sic eñi ſm men-
tem eius dicendũ eſt ꝙ apl̃i in xp̃i reſur-
rectione habuerũt ſenſum apertũ3 ad in
telligendas ſcripturas. vt dicit Luc.vlti.
ideo nihil xp̃m eo tpe interrogabant ir-
rationabiliter ſicut prius:cum dicebant
Dñe quo vadis. Q̃uãuis etiã tũc aliqua
interrogarẽt. Nã z Petrus de Ioãne q̃-
ſiuit. Dñe hic aũt q̃d. Ioã.vlti. z Act.i. q̃-
dã interrogabãt. Dñe ſi in tpe hoc reſti- F
tues regnũ iſrael. Et vt idem dicit in ea-
dem die reſurrectionis:non rogabitis
id eſt non indigebitis]mediatore[ad im-
petrandũ ſed ſufficiet nomẽ meũ3:qd in-
uocando oia accipietis.[Alio]modo ſm
Aug. loquendo de die mortis ſeu viſio-
nis q̃ ad gloriã eternã erant ducendi:q̃.

tiam cordis q̄꞉ his qui viderant eū̃ reſurrexiſſe nō crediderent. Et dixit eis. Euntes in mūdum vniuerſum predicate euāgeliū̃ omni creature. Qui crediderit ꝛ baptizatus fuerit ſaluus erit. Qui vero nō crediderit꞉ condēnabitur. Signa aūt eos qui crediderint hec ſequētur. In nomine meo demonia eijcient linguis loquentur nouis꞉ ſerpētes tollēt. Et ſi mortiferū q̄d biberint꞉ nō eis nocebit. Sup egros manus imponēt꞉ ꝛ bn̄ habebūt. Et dn̄s q̄dē ieſus poſtq̄ locut9 eſt eis aſſumptus eſt in celum, ꝛ ſedet a dextris dei. Illi aūt pfecti pdicauerūt vbiq̄ dn̄o cooperāte꞉ ꝛ ſermonē cōfirmante ſequentibus ſignis.

G — Recumbentib9 vndecim diſcipulis apparuit illis ieſus ꝛc.] Mar. xvi. In pn̄ti euāge. tangunt tria pūcta que ſunt Redargutio꞉ Impoſitio꞉ ꝛ aſſumptio. ¶ Quātū ad pmū tāgit increpatio q̄ xp̄s de tarditate credēdi diſcipl'os icrepauit. Sunt autē circa appitionē de q̄ in pn̄ti euāgelio agit duo pnotanda꞉ ꝛ pma eſt de loco in q̄ facta eſt. vr̄ em̄ q̄ facta ſit in mōte in q̄ xp̄s in galilea diſcipulis apparuit q̄ fuit mons thabor. Nā. h. Mat. vr̄ dicere q̄ ſtatim poſt apparitionē in dicto monte iuſſerit eos ire ad pdicādū p totū mūdū꞉ ſicut ꝛ fecit hic poſt iſtā apparitionē, ex quo ſequi vr̄ q̄ eadē ſit hec ꝛ illa apparitio. Cōfirmat. q̄꞉ mag. hiſt. in eodē mōte vr̄ dicere factā exprobationē in꞉ de qua hic dr̄. Ergo idē. Confirmat iterū꞉ q̄꞉ aut fuit in monte aut in hierl'm in die aſcēſiōis. Non pmū꞉ q̄꞉ iā diſcipuli non erāt increduli pbata reſurrectiōe p multa argumēta. ergo idem qd̄ pu9. Ad hoc aūt dico q̄ fuit i hierl'z꞉ qd̄ pz ex ma. hiſt. i pn. hiſt. de aplo꞉ꝝ actib9. ꝛ ex Aug. de ↄſen euā. q̄ dicit q̄ fuit i die paſche in

I — ſero qn̄ Cleophas ꝛ ſocius regreſſi ex emau9 viſa referebāt. vel in die aſcēſiōis. ꝛ vtroq̄ mō fuit i hierl'm. Ad pmū ꝫ hoc dico q̄ euāgeliſte interdū aliq̄ media intermittūt ꝛ dicūt extrema. Et ſic. h. mar. intermittit iſtaꝫ apparitionē꞉ ꝛ tn̄ refert verba que tūc xp̄s dixit ꝛ ppterea vr̄ ea in monte dixiſſe꞉ cum nō ita ſit. Uel forte

K — melius dr̄ q̄ reuera iſtaꝫ miſſionē xp̄s fecit in mōte. Sꝫ hāc Marc9 hic p recapitulationē narrat. Unde ꝛ mag. hi. ſemel tm̄ eā eſſe factā ꝛ hoc i mōte vr̄ aſſerere. lꝫ icrepationē factā bis cōmemoret. Ad ſcd̄m dico q̄ cū nō ſit veriſil'e tantū viruꝫ in breui ſpatio ſenſiſſe ↄ̄ria exiſtimauit mag. hiſt. xp̄m bis diſcipulos de cordis increpaſſe duritia꞉ ſemel in die aſcenſionis꞉ vt dicit Mar. ꝛ ſemel in mōte꞉ qn̄ vt dicit Mat. q̄dā dubitauerunt. Satis em̄ pbabile eſt q̄ ſicut pu9 thomaꝫ ita ꝛ tūc alios icredulos ſit hortat9 ad fidē. Un̄ ꝛ pdict9 magr̄ ꝛ tūc ꝛ nūc xp̄m dicit diſcipulos increpaſſe. Ad tertiū dr̄ poſt ſcd̄m q̄ eſt de tpe. Uidet em̄ q̄ fctā fuerit ante diē aſcēſiōis. Prio q̄꞉ ſm Mat. vr̄ facta in monte in galilea vt dictū eſt. Scd̄o q̄꞉ iā in die aſcēſiōis diſcipuli nō erāt incre

L — duli꞉ cū tot argumentis reſurrectio fuiſſet approbata꞉ ꝛ ↄ̄ſr neq̄ de incredulitate increpandi. Ad hoc dico q̄ fuit in die aſcēſiōis꞉ vt pꝫ ex mag. hiſt. vbi. ꝫ. qui ſic dicit. Ipſa vō die aſcēſiōis bis apparuit ſemel vndecim aplis comedētibus in cenaculo. Oēs q̄dē tā apoſtoli q̄ alij꞉ diſcipuli꞉ necnō ꝛ mulieres habitabant in illa pte hierl'm q̄ dr̄ mello. ſ. in monte ſyon vbi conſtituerat ſibi dauid palatiū꞉ et ibi cenaculū erat illud grāde ſtratuꝫ in quo pcepit ſibi dn̄s dari paſcha. Et in cenaculo illo tūc habitabāt vndecim diſcipuli. ceteri autē diſcipuli ꝛ mulieres habitabāt circūquaq̄ per diuerſa hoſpitia. Et dū comederēt vndecim i cenaculo apparuit eis dn̄s ꝛ exprobrauit incredulitatē eoꝝ ꝛ duritiā cordis. Hec ille. Qui intēdit q̄ eadē die ſcd̄o appuit in monte oliueti aſcēſurus. Cōcordat aūt cuꝫ magro textus Marci dicētis. Nouiſſime recūbētib9 ꝛc. Et lꝫ vt Aug. dicit꞉ poſſit dici nouiſſime nō ſimpliciter ſꝫ in die paſche꞉ q̄꞉

M — ſ. hec apparitio fuit vlt'a illius diei꞉ tn̄ ꝫ hoc eſt q̄꞉ tunc ibi nō fuit Thomas꞉ ꝛ tn̄ diſcipuli recūbēt̄ꝰ hic dicunt vndecim. Et lꝫ ad hoc dicat Augu. q̄ aut thomas reuerſus affuit. aut ipa ſocietas aploꝝ



hoc nūero appellabat etiā ſi aliq̄ defuiſſent꞉ tn̄ nō eſt veriſil'e eadē die ibi affuiſſe thomā꞉ q̄꞉ xp̄s feciſſet qd̄ fecit octaua

A — die. Nec eſt ſilil'e q̄ marcus locutur9 de aſcēſiōe nouiſſimā apparitionem dixerit eā que fuit in die paſche꞉ omiſſa ea q̄ fuit in die aſcēſiōis. Ad primū cōtra dictū eſt Ad ſcd̄m vō dr̄ q̄ icrepauit incredulitatē. nō aploꝝ ſed aliquoꝝ exiſtētiū cum eis. Sꝫ ↄ̄tra hoc vr̄ eſſe text9꞉ dicēs q̄ recūbētibus vndecim appuit eis ꝛ exprobrauit i credulitatē eoꝝ. Et iō dico q̄ icrepauit incredulitatē apoſtoloꝝ꞉ nō pn̄tē ſed preteritā꞉ ꝛ hoc ↄueniēter in ſignū q̄ gentes ad quas mittendi erāt ↄgrue forēt increpāde ſe aplis reſurrectionē xp̄i expertis credere noluiſſet. P ergo. [Recūbētib9 vndecim diſcipl'is. ſ. i die aſcēſiōis ꝛ in pdicto cenaculo (apparuit illis Jeſus]. Et vt dicit. Lu. Act. j. cū eis veſci voluit꞉ vt. ſ. per effectū comeſtiōis vitas pateſceret carnis꞉ vt dr̄ Gre. vel vt ↄtriſtatis de ſuo abſceſſu꞉ ↄueſcēdo ferret ſolatium [ꝛ exprobrauit icredulitatē eoꝝ꞉ ꝛ duritiā cordis] Exprobare eſt obijcere pteritā culpam. vel i proprijū obijcere Credo tn̄ q̄ xp̄s receſſurus ab aplis tal'r eis exprobrauit vt ad amorē poti9 q̄ ad cōfuſionem eos educeret. [Q̄꞉ his qui viderant eū ſurrexiſ

B — ſe]. i. poſtq̄ reſurrexerat꞉ vt magdalene ꝛ Petro ꝛ cleophe ꝛ ſocio q̄b9 nō crediderūt in die paſche꞉ vt idem Marcus dixerat꞉ ꝛ tn̄ viderāt eum reſurrexiſſe꞉ lꝫ nō reſurgentē [non crediderant] qd̄ facere debuiſſent cum hoc ille pdixiſſet. ¶ In hac parte eſt documētū꞉ q̄ repheſibiles ſunt q̄ credere nolūt niſi viſa. cū velit nolint ſine fide viuere nō poſſint. Que em̄ temeritas eſt nō velle credere his q̄ vitā in teſtimoniū eoꝝ q̄ dicebāt expoſuerūt. Hiero. Si apli credunt iocādo paſſi꞉ creduntur ꝛ iocādo locuti. Hec ille. ¶ Quantū ad ſcd̄m tangit quō chriſt9 aplos miſit ad pdicandū꞉ cū dicit. [Euntes in mun

C — dū vniuerſum] Quaſi dicat. Pri9 miſit vt iudeis tm̄ annunciaretis verbū dei dicens in viā gētiū ne abieritis. ſed nunc oibus debetis annunciare regnū dei꞉ iō [pdicate euangeliū oi creature.] Quidā rudes p euangeliū ſolū intelligūt dicta quatuor euāgeliſtarū q̄ dicunt eſſe predicanda꞉ ex quo ſeq̄t q̄ malū ſit pdicare epl'am. Opꝫ ergo p euāgeliū intelligere oēm doctrinā fidei꞉ quā annūtiare pplo miſſi ſunt.

D — Nā ꝛ Paul9 dicit ſe euāgelizare. qui docebāt pertinētia ad fidem ꝛ amorē꞉ ꝛ ad hoc allegabat interdū ēt poetica꞉ vt pꝫ Act. xvij. vbi allegat dictum Arati poete dicētis. Genus dei ſumus. Nota vero [oi creature]. i. homini ſm Greg. ꝛ mag. hiſ. qui ois creature noie ſignificat꞉ eo q̄ cuꝫ ois creatura hꝫ aliq̄d cōmune꞉ ꝛ eſſe cū lapidib9 ꝛ alijs inanimalis. viuere cum plātis꞉ ſentire cū brutis꞉ intelligere cum angelis. Un̄ ꝛ ſm mag. hiſt. dr̄. microſcomus. i. minor mundus q̄꞉ ſ. in ſe quodam modo hꝫ oēs grad9 vniuerſi. Uel ſm cūdē magiſtrum꞉ oi creature. i. hoi propter quē aliquo mō eſt ois creatura. Uel om

E — ni creature. i. credēti ꝛ non credēti꞉ ſcd̄m Theo. qui loquit de credēte in deū nō in xp̄m. Sel ſm eūdē Greg. omni creature id eſt li natiōe hoim. Ante em̄ eis prohibitū fuerat gētilib9 pdicare꞉ ſed nunc hoc ipm eius mādat. vt ꝛ iudeis ꝛ gētilib9 predicent. Et iſta eſt oim aptla expoſitio꞉ vt ſcꝫ hō ſimpliciter dicatur creatura꞉ eo q̄ nobiliſſima ſit creaturarū viſibiliū꞉ q̄ ſole a deo expſſe create legunt꞉ ois vō creatura idē ſit q̄ ois hō. ¶ Sꝫ ↄ̄tra꞉ q̄꞉ ſi oi creatura. i. oi hoi hēbāt pdicare꞉ pdicaſſet ēt credētib9. Solutio꞉ negat pria cōſequētia q̄꞉ iſta vba dicunt populo fidei꞉ cui iniungit꞉ vt alijs euāgelizet. Alij aūt a fidelibus ſunt infideles꞉ vn̄ intelligendū eſt omni homini alio a ſocietate veſtra꞉ in qua ſunt viri ꝛ femine. [Qui crediderit] fide propria vel aliena ſm Bedam. quod ppter paruulos dicit. quibus aliena fides ſuffragat ſicut ꝛ olim ſub lege ꝛ ante legem꞉ vt diximus in die circunciſiōis [ꝛ baptizat9 fuerit. ſalu9 erit] fidē ꝛ baptiſmū malis opib9 nō impediat꞉ ſm Tho.

F — Iſta em̄ dicunt q̄꞉ fides ꝛ baptiſm9 q̄tuꝫ in ſe eſt꞉ ſunt ſufficiēs cā ſalutis꞉ q̄ tn̄ impediri pt. Un̄ ſi q̄s poſt baptiſmū nō .cte ſuſceptū moriat nullo ſup addito bono vel malo neceſſario ſaluat꞉ vt pꝫ in pueris. Si tn̄ ſup addat mortale crimē impedit cauſa ſalutis [Qui vero non crediderit ↄdēnabit. Nō autē dicit. iudicabit꞉ q̄꞉ tales non diſcutiētur꞉ ſed quoad hoc

iam indicati ſunt. Nec tñ ſubdit: nec ba
ptizatꝰ fuerit: qꝛ vt dicit magiſter hiſt. ⁊
s. Tho. iij. par. et. iiij. ſenten. ſine actuali
baptiſmo pōt eſſe ſalus ſi adſit baptiſ-
G mi volūtas: ⁊ deſit baptizandi facultas.
Vñ quod dr Joan. iij. Niſi quis renatus
fuerit ex aqua ⁊ ſpuſancto ⁊c. ſm eoſdez
intelligitur habita facultate baptiſmi.
¶ Sed contra textuz arguit: qꝛ pueri ba
ptizati nō credūt: ⁊ tñ non ɔdēnant. Ad
hec dupliciter ſoluit Mag. hiſt. Pꝛimo
vt legat: qui vo nō crediderit ſubaudiē
do fide ꝓpꝛia vel aliena. Scdo vt dicat
ꝙ xp̄s de illis loquit qbꝰ euāgeliū erat
p̄dicādum. i. de adultis: in qbꝰ ꝓpꝛia fi-
des exigit ad ſalutē. Ex p̄dictis autē pa
tet ꝙ verū eſt aplos xp̄i fuiſſe baptiza-
tos etiaz baptiſmo xp̄i: vt aſſerit Aug. et
Beda. Et de Paulo qdā. qñ ⁊ vbi bapti
zatus fuerit: ſcriptū eſt vt ptz Act. ix. ſed
nō de alijs. Beata etiā virgo fuit eadez
rōne baptizata: ſm Alb. ſup Miſſus eſt
H Signa autē eos qui crediderint: hec ſe-
quētur. ¶ Sciendū eſt autē ꝙ quidā vi-
dētes ꝙ ſequentia ſigna nō fiāt ad lite-
ram ab oibus baptizatis et credētibus
exponunt illa ſpūaliter quaſi oino xp̄s
de omni credente loquat: ſed iſte ſenſus
eſt rudis. Qꝛ eñ deꝰ miracula non facit
ſine cauſa: tunc fiebāt iſta ſigna qñ erāt
neceſſaria ideſt in fundatione ⁊ ɔfirma
tione catholice fidei. Ea ergo fundata ⁊
firmata iſta ſupfluunt ſaltē in tanta fre
quentia in quanta facta ſunt a p̄ncipio
Greg. in homil. Nunquid qꝛ iſta non fa
cimus minime credimus? Sed hec ne-
ceſſaria in exoꝛdio eccl'ie fuerunt. Et eñ
fides creſceret credētium. miraculis fue
rat nutriēda. qꝛ ⁊ nos cum arbuſta plan
tamus. tandiu aquam infundimus quo
uſqꝫ in terra iam cōualuiſſe videamus.
I At ſi ſemel radicē fixerint. a rigādo ceſ-
ſamus. Hec ille. [In nomine meo]. i. in
virtute nominis mei [demonia eijcient]
de obceſſoꝝ coꝛpoꝛibꝰ. vt patet de Pau
lo Act. xvi. [linguis loquentur nouis] vt
patet de omnibus diſcipulis in Actibꝰ
apoſtoloꝝ [ſerpentes tollent] de locis
vbi hominibus erunt infeſti. vt de Mar
tha patet apud therasconē. [Et ſi moꝛ-
tiferum quid biberint] vt patet de Joan

ne aplo [nō eos nocebit. Sup egros ma
nus īponēt ⁊ bene habebūt] id eſt ſana-
būtur: Nam per ſolā ſui coꝛpoꝛis vmbrā
debiles ſanabat. Petrus. vt ptz Act. v. c.
¶ Eſt autē in hac parte moꝛale documē
tum. ne viuā fidē occidamꝰ. ⁊ cū ea moꝛ- K
tua moꝛiamur: Grego. Qui crediderit ⁊
baptizatus fuerit. ſaluus erit verū dicit
ſi fidem opibus teneat. Vera ⁊ eñ fides
eſt que hoc qđ verbis dicit. opibꝰ nō cō
tradicit. Hec ille. ¶ Quantū ad tertiū tā
git xp̄i aſſumptio cū dr. [Et dñs quidam
Jeſus poſtq̄ locutꝰ eſt eis.] Si teneamꝰ
iſtā apparitionē fuiſſe ſimpliciter nouiſ
ſimā ⁊ tūc fuiſſe dicta q̄ in hoc euāgelio
cōtinētur. ſic ſm Augu. intelligendū eſt
poſtq̄ locutus eſt eis q̄ imediate relata
ſunt. Si vero teneamus oppoſitū. itelli
gendū eſt vt idē dicit de oibus q̄ chꝛiſtꝰ
cū eis inter reſurrectionē ⁊ aſſumptionē
locutus eſt. [Aſſumptꝰ eſt] nō aliena ſed
ꝓpꝛia virtute. Tum rōne deitatis. Tuz
rōne glificatiōis aie ⁊ coꝛpis. Glioſe eñ L
aie obedit glioſum coꝛpus ad nutū. quo
ad motū localē rōne agilitatis. Et iō nu
bes ſuſcipiēt illū ⁊ angeli de quibꝰ habe
tur Act. i. nō affuerūt xp̄o aſcēdēti i ad-
iutoꝛiū ſed in ſignū ꝙ coꝛpalis ⁊ ſpūalis
natura ei ſubiecta ſit [in celum.] Reuera
aſcēdit ſup oēs celos in plurali: vt dicit
Ephe. iiij. Sed tñ oēs celi a luna ⁊ ſu-
pra aliqñ vnū celuz ſingulariter appellā
tur rōne idētitatis. nō incōtinuitate: ſed
incoꝛruptibilitate. Cum eñ aſtra non ſic
moueant in celo vt aues in aere. qꝛ celū
ſcinderet ⁊ ɔñr coꝛrumperet. ſꝫ ſicut cla
uus infixus rote mouet in rota. neceſſa
rium eſt ꝙ ſeptē planete ſeptem habeāt
celos adinuicē diſcōtinuos. Si eñ oēs ſe
ptē planete vel aliq̄ eoꝝ eſſent in vna
rota ſemp eque diſtarēt adinuicē: qđ ocu-
lis cernimꝰ falſuz. Nā aliqñ luna eſt in M
cōiunctione. aliqñ in oppoſitione ad ſo
lē ⁊ idē patet de alijs. Supra hos ſeptez
neceſſe eſt eſſe octauū. qđ tot ſyderibꝰ oꝛ
natū cernimꝰ. qꝛ nullꝰ ſeptē planetarum
obſeruat ſemp eundē ſitū reſpectu huius
celi ex quo neceſſario ſequit ꝙ nullꝰ eoꝝ
ſit in eo fixus. Supra octauū rurſus eſt
neceſſe eſſe nonum: qꝛ cū octauū habeat
plures motus nō poteſt eſſe pꝛimū mo



bile viciniſſimū ſcꝫ ſubſtātijs immobili-
bus: ſꝫ tale. ſ. pꝛimum mobile opoꝛtet ha
bere vnicum motū vt a ſubſtantijs nullo
modo mobilibꝰ. i. angelis ad ſubſtātias
multipliciter mobiles. i. coꝛruptibiles fiat
tranſitus per media oꝛdinate. Jmo ſm
A aliquos ſupra nonum opꝫ eſſe decimum
qꝛ dicūt ꝙ cum in octauo videamus tres
motus/ ſcꝫ diurnum ab oriente in occidē
tem: ⁊ naturalez ſiue longitudinis in zo-
diaco ab occidēte in oꝛientem: ⁊ motum
acceſſus ⁊ receſſus ſiue trepidationis ſu
per capita arietis ⁊ libꝛe none ſphere ne
ceſſe eſt vt dicūt ꝙ nonum habeat duos
motus ⁊ decimū vnicū. Et licet foꝛte nō
ſit neceſſe ſupra octauum ponere duos
motus qꝛ vnū pōt duos motus pꝛopꝛios
habere ab vno vel duobus motoꝛibus:
tñ eſt ꝓbabile ⁊ videtur eſſe opinio ſan-
cti Tho. iij. ſ. Et ſupra hos nonū vel de-
cez eſt empyreum qđ nulla rōne phyſica
poteſt inueſtigari: ſed autoꝛitate aliquo-
rū ſanctoꝝ tenetur: vt pote Strabi: Be-
de ⁊ Baſilij. ſicut dicit. s. Th. ſ. p. q. lxvi.
Et hoc rōnabiliter: vt ſicut oēs celi moti
deſeruiunt generationi rex: ita ſit vnum
quieſcēs quod immobilibus ſpiritibꝰ et
B incoꝛruptibilibus creaturis in cōtēplan
do ⁊ cōgruentia non ex neceſſitate deſer
uiat. Ad hoc ergo celū xp̄s aſſumptꝰ eſt
i. ad vltimum ſiue ſit empyreū ſiue aliud.
¶ Eſt autem ſciēdū ex doctrina. s. Tho.
iij. parte. q. lvij. ⁊ alibi ꝙ conueniens fuit
xp̄m aſcendere ab iſto loco q̄ eſt genera-
tionis ⁊ coꝛruptiōis: ⁊ ɔñr ip̄ꝛopoꝛtiona
tus tali locato. Et talis aſcenſio pertinet
ad bene eſſe gloꝛie eius. Unde vt ibi dicit
de hoc xp̄s gauiſus eſt ⁊ non nouiter ſed
nouo modo. ſ. de re ipleta. Et hoc ipꝫ no
bis eſt vtilius q̄ illū nobis eſſe p̄ñtem vt
augeat fides que eſt de nō viſis: ⁊ ſpes ꝑ-
ueniēdi ad celū: ⁊ amoꝛ vel charitas cir-
ca celeſtia. Et ſi ly ſꝫ impoꝛtet cōditionē
aſcēdētis: non aſcēdit ſm deitatem: vt di
C cit. Tū qꝛ ip̄a eſt altiſſima. tū qꝛ immobi-
lis. tum qꝛ nō eſt in loco. ſed ſm humani
tatē: vt ptz. Sed ſi dicat ly ſm aſcēſionis
cauſam aſcēdit ſm deitatē. vt ptz: Aſcen-
dit aūt ꝓpꝛia virtute vt idē dicit: nō que
eſſet cauſata ex pꝛincipijs humane natu
re ſed virtute deitatis ⁊ virtute gloꝛie vt

dictum eſt. Nec tamen in inſtanti aſcen-
dit: qꝛ vt idem dicit licet infinita ſit virtꝰ
deitatis ad mouēdum tñ humanuz coꝛ-
pus non poteſt infinite illū effectum ſu-
ſcipere cū ſpatio cōmenſuret. Jmo vt di-
cit idez. in. iij. di. xxij. ille motus fuit tem- D
poꝛe perceptibili: licet eſſe potuerit in tē-
poꝛe impceptibili. Utrum aūt fuerit na-
turalis: dicit ibi ꝙ ſic: qꝛ non habuit coꝛ-
pus eius inclinationē ad oppoſitum mo
tū cū virtute gloꝛie totaliter anime ſubij-
ceret. Et iſto modo celū naturaliter mo-
uet quod tñ in ſe nō habet ſui motꝰ acti-
uū pꝛincipiuz. Si tñ in coꝛpoꝛe animato
ſit inclinatio ad oppoſitū: motus eiꝰ nō
eſt ei naturalis inquantū coꝛpus eſt: ſed
inquātū animatū eſt. Et intelligo in coꝛ-
poꝛe xp̄i nō fuiſſe inclinationē ad oppo-
ſitum actualē ſed habitualem: tantū ⁊ re
motam: ita ꝙ ſi fuiſſet ſublata ab eo glo-
ria cecidiſſet. Aſcendit autē ſuper oēs ce-
los: nō qꝛ ſit extra celos q̄uis ibi eſſe poſ
ſit: vt idez dicit quodlibet. vi. q. ij. Sed qꝛ
eſt in extrema parte extremi celi: ita ꝙ
nulla pars eius notabilis eſt ſupra ca-
put eius. Aſcēdit etiā ſuper oēs ſpūs: qꝛ E
omnibus dignioꝛ eſt. ¶ Sed contra: qꝛ
quilibet ſpūs quolibet coꝛpe eſt dignioꝛ
ergo nullus eſt locus ſupra oēs ſpiritus
aut ille eſt vacuus. Ad hoc dicitur ſm
eundem ꝙ licet ſpiritꝰ ſit nobilioꝛ loco:
non tñ inferioꝛ ſpūs eſt in ſupꝛemo loco
ſicut neqꝫ quilibet debet ſpūs eſt ſupra
quemlibet locū: ⁊ hoc eſt vt ſuperioꝛa lo
ca ſuperioꝛibꝰ ſpūs habeant: ⁊ ſupꝛemꝰ
xp̄o. Negat ergo conſequentia. Eſt autē
vt dicit iſta aſcēſio xp̄i cauſa noſtre ſalu-
tis ex parte noſtra: inq̄tū in ipſum ꝑ vtu
tes theologicas mouemur vt dictū eſt: ⁊
ex pte ſua. Pꝛimo qꝛ parauit nobis viā.
Scdo qꝛ aſcēdit ad interpellādū pꝛo no-
bis. Tertio qꝛ inde mittit hoibus cele-
ſtia dona. Utrū autē aliqñ poſtmodum
de celo deſcenderit? Dicēdum eſt ꝙ ſic. F
Vñ illū paulus coꝛpoꝛaliter vidit Act.
ix. Et ne hoc credatur ſm aliquā appa-
rentiam ⁊ non realiter factū. Ex hoc ip̄e
i. Coꝛ. xv. ꝓbat illum vere ſurrexiſſe di.
Nouiſſime omniū tanq̄ aboꝛtiuo viſus
eſt etiam mihi. Hec oia ex ſancto Tho.
De modo autem quo chꝛiſtus aſcendit

hic tacetur. Sʒ dicit Act. j. ⁊ Luc. vlti. ex
q̇bus locis habetur ꝙ eduxit eos de hie
rusalē ad mōtē oliueti: ⁊ inde vidētibus
omnibus xp̄ianis habitātibus in hierl̄ʒ
ſaitē viris ⁊ feminis: eleuatus eſt ⁊ aſcen
H diͭ [Et ſedet a dextris dei.] ¶ Ad horum
autē notitiā ſciēdū eſt ex doctrina ſancti
Tho. iij. p. q. lviij. ꝙ ſedens dr̄ quieſcens:
habitās: ⁊ regnans ⁊ iudicās. Sed ly ad
importat cōueniētiā cū diſtinctiōe. De-
xtera autē tribus modis ſumit. Uno mō
ſm damaſcenuʒ pro gloria deitatis. alio
mō ſm Aug. p btitudine dei p̄ris. q̄ duo
lʒ. s. Tho. nō dicat ſunt realr̄ idē. Tertio
mō ſm Aug. eſt regia ⁊ iudiciaria pote-
ſtas. Chriſtus ergo conuenit ſedere a de-
xtris dei qꝛ in eius gloria vel beatitudi-
ne quieſcit ⁊ eſt iudex patri conregnans.
Nec tñ ſequitur ꝙ deus ſit in ſiniſtra xp̄i
qꝛ nō loquimur ſm modum corporaliū.
Uñ vt dicit Aug. ibi hoīs ē dextra: qꝛ nul
la ibi eſt miſeria. Sedere autēʒ a dextris
dei cōuenit xp̄o inquantū eſt deus ita tñ
ꝙ ly ad nō dicat gradum dignitatis ſed
pſonalem diſtinctionēʒ originis. Simul
eñ filius hʒ cum patre gloriā deitatis et
btitudinē ⁊ oēm poteſtatem immutabili
M ter. Et lʒ dextera appropriate dicat̄ de fi-
lio ſicut ⁊ deus: ⁊ tribus predictis modis
ſit quid tribus cōe. tñ ſedere ad dexteraʒ
nō ɔuenit patri cū non ſit ab alio. ſed cō-
uenit filio ⁊ ſpūiſctō. lʒ filio appropriet̄
ſicut ⁊ eq̄litas. Conuenit ēt iſta ſeſſio xp̄o
inquātū hō. Nam cum ly ad dicat diſtin
ctionē ⁊ ɔueniētiā. eſt eñ p̄poſitio tranſi
tiua et importans acceſſum: ſi diſtinctio
ſit in pſonis ⁊c. cōuenientiā in natura: ſic
cōuenit ei inq̄tū deus: ⁊ ſm rōnē eq̄lita-
tis ſedere ad dexterā dei trib⁹ dictis mo
dis ſumptam: ly inq̄tum dicēte conditio
nē nature. Si autē ecōuerſo diſtinctio ſit
in natura: cōuenientia in pſona: ita ꝙ ly
ad dicat acceſſum ſm gratiā vnionis: et
ly inquātū dicēte ſuppoſitum. ſic eodem
mō cōuenit ei ſm rōnem equalitatis cū
I ſit filius dei. Si autē iſte acceſſus ſit ſm
grām habitualē ly inq̄tū replicantē na-
turam. ſic cōuenit ei nō ſm rōnē equali-
tatis: ſed eminētie ſup omnē creaturam.
Unde pprium eſt filio: ita ꝙ nulli creatu-
re conuenit ſedere ad dexterā patris ſm
equalitateʒ vel preeminentiam. Dicunt̄
tñ oēs bti eſſe in dextra: ſʒ non ſedere: qꝛ
nō habēt beatitudinē cū quadā domina
tiua poteſtate: ⁊ quaſi ppriā ⁊ naturaleʒ.
Btā autē virgo: vt idem dicit in. iij. diſt.
xxij. dicitur aſſiſtere vel aſtare a dextris: K
non autem ſedere: qꝛ gloria filij ad eā de-
riuatur: ſed nō plenarie. Nos vero in ce-
leſtibus ſedemus quaſi ſtabiliti in gloria
ſed nō in dextra. Hec omnia ex. s. Tho.
[Illi autem profecti] poſt receptionē ſpi-
rituſſancti quem eius precepto in hieru-
ſaleʒ expectauerunt [predicauerunt vbi-
q̄ʒ.] ¶ Sed contra: qꝛ vt dicit. Aug. adhe
ſi. ſunt gentes in quibus modo predica-
tio cepit: ⁊ in quibus nondum cepit im-
pleri Et ſoluit ipſe Aug. ibidem. qꝛ ſicut
illud vobiſcū ſum vſq̄ʒ ad conſum. ſeculi:
nō de ſolis diſcipulis ſʒ de tota eccleſia
intelligit̄: ita ⁊ hoc. Poſſet aūt ⁊ aliter di
ci: q̄uis redeat in idem. Dicit enim ſan.
Tho. j. ij. q. cvj. ⁊ Ro. x. ꝙ predicatio euā-
gelij xp̄i dupliciter intelligitur. Uno mo
do q̄tum ad diuulgationē noīs xp̄i et ſic
ſm Chry. etiam tp̄e apoſtolox completa
eſt: ⁊ poſt eius completionem deſtructa L
eſt hierl̄m. Alio modo q̄tū ad plenū effe
ctū ⁊ eccleſie fundationē. Et ſic ſm Aug.
vbi. s. nō eſt cōpleta: ſʒ cū fuerit cōpleta.
veniet mūdi deſolatio [domino cooperā
te] ſicut principalis motor inſtrumentis
cooperat̄ [⁊ ſermonē] euāgelium [confir-
māte] per miracula: cū ad hoc ratio non
ſufficiat [ſequentibus ſignis] de quibus
dictum eſt in hoc euangelio.

¶ Dominica poſt aſcenſionem.
¶ Textus euang. Jo. ca. xv.

Cum venerit paracletus
quē ego mittaʒ vobis a
patre ſpiritū veritatis
q̄ a patre pcedit: ille te-
ſtimonium phibebit de
me. Et vos teſtimoniū phibebitis
qꝛ ab initio mecū eſtis. Hec locut⁹
ſuʒ vobis vt nō ſcādalizemini. Abſ- M
q̄ʒ ſynagogis facient vos. Sʒ venit
hora vt oīs q̄ iterficit vos arbitret̄
obſequium ſe pſtare deo. Et hec fa
ciēt vob̄; qꝛ nō nouerūt patrē neq̄ʒ



me. Sʒ hec locutus ſum vobis. Ut
cum venerit hora: eorum reminiſca
mini quia ego dixi vobis.

Cum venerit paracletus
A ⁊c.] Jo. xv. In p̄nti euan.
xp̄s intēdit diſcipl̄os tri-
ſtes de ſuo diſceſſu aduer
ſus futuras tribulatiōes
aiare. Et i eo tāgunt̄ tria
p̄ncta. P̄rio ei p̄nūtiat eis ⁊ p̄mittit aſſu
turū ɔſolatorē. Scd̄o etiā aſſuturas eē tri
bulatiōes. Tertio reddit tribulationuʒ
cāṁ. ¶ Quantū ad p̄mū ſciēdū eſt ꝙ xp̄s
añ apoſtolis dixerat iudeos inexcuſabi-
les eſſe eo ꝙ ipſe pſonalr̄ venerat: ⁊ erat
eis locut⁹ ⁊ opa inſolita fecerat: ⁊ tñ nō
erāt ɔuerſi. Chry. poſſent aūt diſcipuli di
cere. Si v̄ba a te audierūt q̄ null⁹ dixit. ſi
opa viderūt q̄ null⁹ alius fecit: ⁊ tñ pſue
rūt ſʒ oderūt ⁊ p̄rem tuū ⁊ te cū eo: cuius
grā nos mittis q̄lr̄ digni fide erim⁹. Nec
igit̄ hoc cogitātes turbent̄: cōſolationeʒ
eis inducit. Hec ille. Dicit ḡ. [Cum vene
rit paclet⁹] .i. ɔſolator. Eſt eñ amor dei
⁊ ad hoīem venit p grām ⁊ dei amor ēiō
B facit deſpicere terrena ⁊ amare celeſtia: ⁊
ɔñr non ſentit̄ tribulatio p terrenis: ſed
gaudiuʒ de celeſtibus: vñ ſeq̄t̄ magna
cōſolatio [quē ego mittam vobis a p̄re.]
Ad intellectū aūt iſtox ſciendū eſt ex do-
ctrina. s. Tho. j. par. q. xliij. ꝙ diuinis per
ſonis cōuenit miſſio: qꝛ de rōne miſſiōis
nō ſunt niſi duo. ſ. habitudo ad mittentē
q̄ in diuinis eſt p originē ⁊ habitudo ad
terminum miſſionis: in quo oportet miſ
ſum eſſe nouiter vel nouo mō. Aliq̄ autē
diuine perſone vt filius ⁊ ſpūſſctūs ſunt
ab alio: ⁊ nouiter p̄nt eſſe in creatura p
nouum effectum: iō mitti p̄nt. Non autē
pater qꝛ non eſt ab alio. dat tñ ſe pater
creature: nō ſm ꝙ dare importet autori-
tatē dantis ſup datum. ſʒ ſm ꝙ importat
liberā cōicationē ad fruēdū. Utrūq̄ʒ aūt
C tā miſſio q̄ʒ datio eſt p grām gratū faciē
tē: qꝛ nullus alius effectus pōt horū eſſe
ratio. Sicut autē filius viſibilr̄ in carne
miſſus eſt ita cōuenit ei inuiſibiliter mit
ti: qꝛ cōuenit ei eſſe ab alio ⁊ nouo mō eē
in creatura p gratiā. Per gratiā enim to
ta trinitas inhabitat nos. Et iſta miſſio
filij attēdit̄ ſm dona q̄ ad intellectū ptī-
nent q̄ filio attribuunt̄ ſm propriam ra-
tionē: puta ſapiētie aut ſcie lʒ attribuant̄
ſpūſctō inq̄tum ſunt dona: qꝛ ip̄e eſt pri-
mum donuʒ. Non tñ p oia talia mittit̄
filius: ſed ſolum p illa q̄ ita pficiūt intelle
ctū: vt hō prorumpat in amorē qꝛ filius
eſt verbum ſpirās amorem. Ideo nunq̄ F
eſt miſſio filij ſine miſſiōe ſpirituſſancti ⁊
ecōuerſo. Et nota ꝙ miſſio filij ⁊ ſpūſſan
cti quo ad gratiā gratum facientē nō di
ſtinguunt̄ ſed q̄tuʒ ad origines ⁊ q̄tum
ad effectus gratie. Lʒ autē ſolū duo mit-
tant̄: tñ oēs mittūt. Uñ pater mittit filiuʒ
quo ad duo q̄ ſunt de ratione miſſionis
⁊ ſimiliter filius ⁊ pater ſpiritumſanctū.
Sed ſpūſſctūs mittit filium ⁊ fili⁹ ſeip̄m
⁊ ſpūſſctūs ſeip̄m ſolum quo ad ſecundū
tm̄. i. effectum gratie nō quo ad originē.
Iō dr̄ ſpirituſſanct⁹ venire ⁊ tñ dicit fili⁹
eum ſe miſſuruʒ. Hec oīa habent̄ a ſctō
Tho. vbi. s. ⁊. j. di. xv. ⁊ xvj. [ſpiritum ve-
ritatis] .i. ſpm̄ filij qui eſt veritas. Uel ſpi
ritum docentē oēm veritateʒ [qui a patre E
pcedit] Ex hoc aūt ꝙ hic dr̄ ſpm̄ ſanctum
procedere a patre ⁊ non a filio arguunt
greci ꝙ a filio non pcedat. Sed hoc eſt
cōdemnatuʒ per eccleſiā. vt patet ex ſym
bolo: in quo dr̄. Qui ex patre filioq̄ʒ pce-
dit. Et hui⁹ rō eſt qꝛ ſpirituſſanctus rea
liter diſtinguit̄ a filio ſm fidem catholi-
cā ⁊ non p materiā: ergo p formā oppoſi
tā forme. Forme eñ nō oppoſite vt albū
⁊ dulce: nō diſtinguunt ſuppoſita. Non
aūt pt ibi eē oppoſitio niſi relatiua neq̄ʒ
realis relatio niſi originis: q̄ vnus eſt ab
alio. Per hoc ḡ diſtinguunt̄: qꝛ vn⁹ eox
eſt ab alio. Cōtra iſtos ēt grecos ſūt eoꝝ
doctores: vt Athana. i ſymbolo. ⁊ Didy-
m⁹ in lib. de ſpūſctō. Chry. Si aūt rō gre
corum valeret: eodē mō ſequit̄ ꝙ p̄r non
mittat ſpūſctm̄: qꝛ hic dicit filius quem
ego mittā. ⁊ nō dicit quē ego ⁊ pater mit
temus [ille teſtimoniū phibebit de me]
Et hoc dupliciter. Uno mō docēdo vos D
⁊ dādo loquēdi fiduciā ⁊ efficaciā. Alio
mō inſpirādo ⁊ emolliēdo audientiū cor
da. [Et vos teſtimoniū phibebitis] tā q̄
ei⁹ iſtra [qꝛ ab itio] Ex q̄ cepit p̄dicare ⁊
docere [mecū eſtis] ⁊ ɔñr eſtis idonei te-
ſtes qꝛ de viſu teſtimoniū poteritis reddere

¶ Eſt aũt in hac parte morale documen
tũ ꝙ q̇ vult viuere cõſolatus hic ⁊ in fu-
turo querat in ſe ſpm̃ ſcm̃ poſſidere: vñ
ait Dydimus. ſpm̃ ſcm̃ venientẽ dominꝰ
G conſolatorem dicit ab operatione ei: no-
mẽ imponẽs: q2 nõ ſolũ quos ſe dignos
reperit ab oĩ turbatione reddit alienos
verum incredibile quoddã gaudiũ eis
tribuit. Sempiterna quippe letitia in eo-
rum corde verſatur quorum ſpiritus ha
bitator eſt. Hec ille. ¶ Quantũ ad ſcõm
tãgit xp̃s affuturas diſcipulis iniquorũ
perſecutiones cũ dicit [Hec locutus ſũ
vobis] de odio mei: ꝙ eſt exẽplũ. ⁊ de ad-
uẽtu ſpũſſancti: qḋ eſt firmamẽtũ anteꝗ̃
eueniãt vobis perſecutiones [vt] confor-
tati ꝑ expectationẽ ſpũſſancti [nõ ſcanda
lizemini]. i. nõ ruatis negando me: vel ꝑ
dẽdo fidẽ meã. Scãdalũ eñ grece: latine
dicit̃ impactio vel ruina. Unde ſcandalũ
eſt ⁊ ipſe caſus ⁊ res ad quã quis impin-
gens cadit. Sed cõtra: ſi xp̃s iſta dicebat
vt non ſcãdalizarentur: ⁊ tñ oẽs fuerunt
illa nocte ſcãdalizati: videt̃ ꝙ xp̃i volun
tas impleta nõ fuerit. Ad hoc dico ꝙ nõ
H magis hoc incõuenit ꝗ̃ ꝙ iudei non fue
rint xp̃o ꝑdicãte cõuerſi ad quos conuer
tẽdos ꝑdicabat. Iſta eñ xp̃i voluntas nõ
erat beneplaciti ſed ſigni: q̄ nõ ſemꝑ im-
plet̃. De hoc vide. s. Tho. j. di: xlvij. ⁊. j.
q. xix. ⁊. iij. cõtra. c. xcj. [Abſq3 ſynagogis
facient vos]. i. excõicabũt extra ſynago-
gas ſm̃ Chryſo. Sed qḋ malũ erat aplĩs
excõicari a iudeis. Ad hoc dicit Augu. ꝙ
in hoc ipſo ſignificatur quoddam triſte
apoſtolis. ſ. ꝙ iudei non ſuſciperent xp̃m
aut fidẽ xp̃i: ꝗ̃uis etiã dici poſſit ꝙ graue
erat apoſtolis de ſynagõga expelli quan
do adhuc nõ erãt eccleſie. Et ſupple non
ſolum vos excõicabunt [ſ3 venit hora]. i.
in primo eſt [vt oĩs q̇ interficit vos arbi
tret̃ obſequiũ]. i. rẽ gratã [ſe pſtare]. i. ex
hibere [deo] Ex q̇ p3 ꝙ de iudeis loquit̃
vt dicit Aug. q2 nõ dicit dominꝰ: ſ3 deo.
Sz ꝯ q2 iudeoꝝ ꝑncipes ex inuidia ⁊ nõ
I ex ignorãtia tradiderũt dñm: quẽ noue-
rant eſſe heredẽ dei ⁊ xp̃m eius: vt ex di-
ctis p3. Non ergo credebãt ſe bñ facere
aplĩos eius inſequẽdo. Ad hoc pt dupli-
citer dici. Uno mõ ꝙ apl̃i habebant fere
totum iudaicũ pp̃lm ſibi inimicũ ⁊ mor-
talẽ hoſtẽ. Et populares q̇dã ex ignoran-
tia inſeq̄bant̃ apoſtolos: credẽtes ꝙ oẽs
q̇ ad xp̃3 ꝯuerterent̃ relinquerẽt deũ iſrl̃.
pauciſſimi autẽ iſtã ꝑſecutionẽ ſciebãt
eſſe iniuſtã. Unde ⁊ paulus doctꝰ in lege
ignorãter ſeuiebat in xp̃ianos vt ipſe de K
ſe teſtat̃. j. Timo. j. Eſt ergo modꝰ loquẽ-
di: vt dicatur oẽs cum pauci deſint. ſicut
⁊ ꝑncipes dicebãt ꝙ totꝰ mũdꝰ poſt illũ
abiit. Jo. xij. ⁊ aplĩus ad Phi. ij. Oẽs in-
quit q̄ ſua ſunt q̄runt: nõ q̄ Jeſu xp̃i. Alio
mõ vt dicat̃ dñs loq̄ nõ de principibus
mandãtibus aplĩos flagellari vel occidi
ſ3 de miniſtris hoc exequentibꝰ. Et redit
in idẽ. ¶ Eſt aũt in hac parte morale do
cumẽtũ ꝙ ꝑlati facientes ſñias excõica-
tionis iniuſtas ex furore: q2 odio mouen
tur: vel ex cauſa ſunt iudeis ſimiles: q̇ ex
odio excõicabãt credẽtes in xp̃3. ¶ Quã
tũ ad tertiũ aſſignat̃ cã tribulationum
futurarũ aplĩs: ⁊ in hoc ipſo habẽt aliq̄-
lẽ cõſolatiõis cãm. Dr̃ ergo. [Et hec fa-
ciẽt vobis: q2 nõ nouerũt patrẽ neq3 me.]
Chry. Quaſi dicat. Sufficit vobis in con-
ſolationẽ ꝑpt̃ me ⁊ patrẽ hec pati. Hec
ille. Sz q̄uõ dr̃ ꝙ non nouerũt patrẽ: cũ
notus eſſet in iudea deꝰ. Ad hoc dico ꝙ L
nouerãt illũ in generali inq̄tũ deꝰ erat:
ſ3 nõ inq̄tũ erat pr̃ habẽs filium natura
lẽ qui eis ꝑdicabat. Si eñ cognouiſſent
nunꝗ̃ dñm glorie crucifixiſſent. j. Cor. ij.
[Sz hec locutꝰ ſum vobis: vt cũ venerit
hora eoꝝ reminiſcamini q2 ego dixi vo-
bis] ⁊ ꝯñr in ea fide ꝑſiſtatis. ¶ Eſt autẽ
in hac parte morale documẽtũ vt q̇ pro
pter deũ patit̃ aut fatigat̃: ſi vult cõſolari
cogitet illũ ꝑ q̄ patit̃: vñ Gre. ait in. ij. mo
ra. Cũ in hac vita ea q̄ nolumus patimur
neceſſe eſt vt ad eũ q̄ iniuſtũ velle nõ pt
ſtudia nr̃e volũtatis inclinemꝰ. Magna
quippe eſt conſolatio in eo q̇ḋ diſpicet:
qḋ illo ordinãte erga nos agitur cui non
niſi iuſtum placet. Hec ille.

In vigilia Penthecoſtes.

Tex. euang. Jo. c. xiiij.

Si diligitis me mandata
mea ſeruate. Et ego roga
bo patrem ⁊ alium para- M
cletum dabit vobis: vt ma
neat vobiſcũ in eternũ: ſpm̃ veritatis
quem



quẽ mũdꝰ nõ põt accipere: q2 nõ vi
det eũ: nec ſcit eũ. Uos aũt cogno-
ſcetis eum: q2 apud vos manebit ⁊
in vobis erit. Non relinquã vos or
A phanos: veniã ad vos. Adhuc mo
dicũ ⁊ mũdus iã me nõ videt. Uos
autem videbitis me: q2 ego viuo ⁊
vos viuetis. In illo die vos cogno
ſcetis q2 ego in pr̃e meo ⁊ vos ĩ me
⁊ ego in vobis. Qui habet manda
ta mea ⁊ ſeruat ea: ille eſt qui dili-
git me. Qui autẽ diligit me: dilige
tur a patre meo: ⁊ ego diligã eũ: ⁊
manifeſtabo ei meipſum.

Si diligitis me mãdata mea
ſeruate ⁊c.] Joã. xiiij. Pñs
euãgeliũ ex ſep3: paucis ex
ceptis q̄ exponent̃: Dicit̃
ergo. [Si diligitis me mã
data mea ſeruate]. i. ſerua
bitis. Hoc eñ eſt effectꝰ ⁊ ſignũ dilectio
B nis: amici voluntatẽ cõplere. [Et ego ro
gabo patrẽ ⁊ aliũ ꝑacletũ dabit vobis]
i. aliũ cõſolatorẽ ⁊ aliũ aduocatũ. Nã pa
racletꝰ interꝑtat̃ ꝯſolator ⁊ aduocatꝰ: ⁊
xp̃s fuit ꝯſolator aplĩoꝝ ⁊ etiã aduocatꝰ:
inquãtũ hõ orãs ꝓ eis: ⁊ inquãtũ deꝰ nõ
orãdo: ſ3 faciẽdo vt orarẽt ipſi. Silr̃ ⁊ ſã-
ctꝰ ſpũs fuit eoꝝ ꝯſolator: q2 cũ ſit amor
accẽdit eos amore dei: ⁊ ꝯñr ſentiebant
maximã dulcedinẽ de celeſtibus ex quo
ſeq̄bat̃ qḋ minꝰ ſentirẽt aduerſa mũdi.
Fuit et aduocatꝰ: nõ orãdo: ſ3 ꝓuocãdo
aplĩos ad orãdũ [Ut maneat vobiſcũ in
eternũ.] Et ĩ hoc ſm̃ Chry. innuit̃ ꝙ ſpũſ
ſctũs nõ erat moriturꝰ ſicut xp̃s q̇ eos ꝑ
mortẽ deſeruit corꝑaliter. Manet autẽ
ſpũſſctũs ĩ eternũ nobiſcũ niſi eũ ꝑ pctm̃
repellamꝰ. Spm̃ vitatis quẽ mũdus]. i.
hoĩes mũdani [nõ põt accipere] niſi con
uertat̃. Greg. v. moral. Spũſſctũs omnẽ
C quẽ repleuerit ad deſiderandũ inuiſibi-
lia accẽdit. Et qm̃ mũdana corda ſolũ vi
ſibilia diligũt: hũc mũdus nõ accipit: q2
ad diligẽda inuiſibilia nõ aſſurgit. Se-
culares etenĩ mẽtes quãto ſe foras ⁊ deſi
deria dilatãt: tãto ad receptionem illius
ſinũ cordis anguſtãt. Hec ille. [Q2 nõ vi
det eũ] pure ⁊ indubitate fidei oculꝰ [nec
ſcit eũ] ꝑ experiẽtiã ſuauitatis eiꝰ. [Uos
autẽ cognoſcetis eũ]. ſ. ꝑ expimẽtũ ꝯſola
tiõis eiꝰ q̄uõ mũdani eũ cognoſcere ne-
queunt [q2 apud vos manebit ⁊ in vobis D
erit [⁊ ꝯñr ad pñtiã ſuã inficit vobis fidẽ
⁊ amorẽ: vt videatis ⁊ ſciatis eũ. [Nõ re-
linquã vos orphanos: veniã ad vos. Ad
huc modicũ ⁊ mũdus me iã nõ videt]. i.
nõ videbit. Et loquit̃ ſm̃ Theo. de tꝑe
reſurrectionis in quo ſoli aplĩ illũ vide-
rũt. Uel ſm̃ Chry. loquit̃ de tꝑe future fe
licitatis. Utroq3 aũt tꝑe. ſ. reſurrectionis
⁊ felicitatis aplĩ habuerũt vitã. ſ. letã et
cõſolatã. Et iõ ſubdit̃. [Uos aũt videbi-
tis me q2 ego viuo]. i. ſum vita ꝑ eſſentiã
⁊ ꝯñr do vobis vitã participatã quã mõ
viuitis ꝑ grãm: qua etiã [⁊ vos viuetis]
in futura reſurrectione mea ꝑ fidẽ repa-
tam: ⁊ in futura reſurrectione vr̃a ꝑ grã3
cõſummatã [in illo die]. ſ. reſurrectiõis vl̃
glie [vos cognoſcetis] ꝑ aptionẽ ſenſus
ad intelligẽtiã ſcripturarum que ad diẽ
reſurrectiõis: vel ꝑ viſionẽ deitatis quo
ad aliã diem [quia ego in patre meo: et
vos in me: ⁊ ego ĩ vobis] ſupple ſum vel
ero: ſ3 alio ⁊ alio modo. [Qui habet mã- E
data mea ⁊ ſeruat ea: ille eſt q̇ diligit me.
Qui aũt diligit me diliget̃ a patre meo.
⁊ ego diligã eum ⁊ manifeſtabo ei me-
ipſum:] Ergo manifeſtatio. i. viſio finis
eſt ⁊ premium amoris.

In die penthecoſtes.

Textus euang. Jo. ca. xiiij.

Si q̇s diligit me ſermo
nẽ meũ ſeruabit: ⁊ pr̃
meꝰ diliget eũ: ⁊ ad eũ
ventemꝰ et mãſionem
apud eũ faciemꝰ. Qui
nõ diligit me ſermones meos non
ſeruat ⁊ ſermonẽ quẽ audiſtis nõ
eſt meꝰ: ſed eius qui miſit me pr̃is.
Hec locutus ſum vobis apud vos
manẽs. Paracletus aũt ſpũſſctũs
quẽ mittet pr̃ in noĩe meo ille vos
docebit oĩa: ⁊ ſuggeret vobis oĩa F
quecunq3 dixero vobis. Pacem re-
linquo vobis pacẽ meã do vobis.
Non q̄uõ mundus dat ego do vo-
bis. Nõ turbet̃ cor veſtrũ: neq3 for-

midet. Audiſtis q2 ego dixi vobis.
Vado τ venio ad vos. Si diligere-
tis me: gauderetis vtiqꝫ quia vado
G ad patrē: q2 pater maior me eſt. Et
nūc dixi vobis priuſq̄ʒ fiat. Ut cū
factū fuerit credatis. Iā nō multa
loquar vobiſcū. Uenit em̄ pricepſ
mūdi huiꝰ τ in me nō habet quicq̄ʒ
Sed vt cognoſcat mundus q2 dili-
go patrē τ ſicut mādatū dedit mi-
hi pater ſic facio.

SI quis diligit me ſermonē
meū ſeruabit τc. Jo. xiiij. Cir
ca ea q̄ i p̄ñti euā. dñr. Sciē
dū eſt ꝙ in nocte q̄ xp̄s ē ca
ptꝰ multa apoſtolis dixit τ
inter alia ꝙ poſt modicū mūdꝰ eū nō vi-
deret. Quis viſuri eēnt illū diſcipuli ſui.
Et loquebaṫ xp̄s de viſiōe fidei τ notitia
diuinoꝝ. Judas autē non ille ſcariothis:
ſʒ aliꝰ ꝯſanguineꝰ xp̄i ammiratꝰ eſt tāq̄ʒ
hūilis ꝙ aplī toti mūdo ꝓferrenṫ: τ ideo
H interrogauit di. [Dñe q̄d factū eſt]. i. q̄ ē
cā [q2 manifeſtaturꝰ es nobis teip̄ʒ τ nō
mūdo] huic aūt petitioni xp̄s reſpōdit ꝑ
ṽba ꝑſentis euangelij in quo tria pūcta
tanguntur: que ſunt Diſcretio: Manifeſta-
tio. τ Exhortatio. ¶ Quārū ad p̄mū xp̄s
tāgit illud v̄ñ diſcernit mūdus a diſcipu
lis xp̄i: q̄d eſt cā p̄dicte manifeſtationis.
Eſt em̄ hec cā vt Aug dicit: ip̄a dilectio:
Dicit ergo [Si quis diligit me ſermonē
meū ſeruabit]. i. ea q̄ ego volo τ doceo fa
ciēda: faciet. Propriū eſt enim amicoꝝ
eadem velle τ nolle. Et ſi duo ſint amici
quoꝝ alter nō poſſit male velle neqꝫ ma
le iudicare vt deus: iuſtū eſt vt alter ami-
cus ſe eiꝰ volūtati i oibꝰ ſubijciat: ita q̄d
nihil velit niſi iplicite ſubintelligēdo q̄d
illud deo placeat: τ oīa faciat q̄ deus iu-
bet. [Et pater meꝰ diliget eū] Si deꝰ pa-
ter hō eēt: vtiqꝫ diligētes filiū diligeret:
q2 nullus pōt dei filiū ſine patre diligere
rō em̄ dilectiōis filij ē ip̄a eiꝰ bonitas ſi-
ne eſſentia: q̄ eadem numero eſt patris: τ
I cōſequēter etiā pater diligiṫ. Nihil autē
vt ait Amb. eſt tā inſertū nature q̄ʒ diligē
tem ſe diligere: Uerūtn̄ q2 deus pater eſt
deꝰ: nō iō nos pr̄ amat q2 nos filiū ama-

mus: ſʒ econuerſo: iō amamꝰ q2 ille amat
ita ꝙ amor dei ad nos eſt cā noſtri amo-
ris ad illū vel ad filiū dei. Nō em̄ amare
mus niſi deꝰ vellet nobis ineſſe hoc bo-
nū quod eſt amare deū. Uelle autē nobis K
bonū eſt nō amare. Igiṫ dicit xp̄s [Si q̄s
diligit me diligeṫ a pr̄e meo] non q2 ante
cedēs iſtiꝰ ꝯditionalis ſit cā cōſequentis
ſʒ q2 an̄cedens τ ꝯn̄s ſunt inſeparabilia
in veritate] τ ad eū veniemꝰ] Pater qui-
dē venit ſeip̄m donando non aūt miſſus
ab aliquo: q2 nō eſt ab aliquo. filiꝰ autem
daṫ τ mittiṫ. Dicunṫ autē diuine ꝑſone
venire ad nos: q̄ñ faciūt i nobis nouiter
effectum grē gratū facientis: ꝑ quā ipſas
ꝑſonas habemꝰ. Uñ Aug. Ueniūt ſubue-
niēdo: venimꝰ obediēdo. Ueniūt illumi-
nādo venimꝰ intuendo. Ueniūt ipellēdo
venimꝰ cupiēdo. Hec il. Sʒ q̄re hīc nihil
dr̄ de aduētu ſpūſſcti ſed ſolū pr̄is τ filij:
Ad hoc dr̄ Aug. ꝙ cū i deo ſit vnitas eſſē
tie cū pluralitate ꝑſonarū: aliq̄ñ xp̄s de
tribus ꝑſonis mentionē facit ad inſinuā
dā ꝑſonaꝝ diſtinctionē: aliq̄ñ de duabꝰ
ſine tertia: ad inſinuandā eſſentie vnita-
tē: τ nō ad expellēdā tertiā ꝑſonā ſcilicet
ſpm̄ſctm̄: de quo dixerat ſupra vt maneat
vobiſcum in eternum. Uel poteſt dici q̄d
poſito patre τ filio intelligitur ſpiritus- L
ſanctꝰ: q2 eſt amor vtriuſqꝫ: τ q2 eſt eiuſ-
dē ſubſtātie cū eis. [Et māſionē apd̄ eū
faciemꝰ]. i. morā cōtrahemꝰ Gre. i hom.
In quorūdā etenī cordibꝰ venit τ māſio-
nē nō facit q2 ꝑ cōpunctionē quidem re-
ſpectū dei ꝑcipiūt: ſʒ tentationis tp̄e hoc
ip̄m q̄d cōpuncti fuerāt obliuiſcunṫ. ſicqꝫ
ad ꝑpetrāda pctā redeūt: ac ſi hec mini-
me planxiſſent. Qui ergo deū vere dili-
git: τ ad eū dñs venit: τ manſionem facit
τ ſic eum diuinitatis amor penetrat vt
ab hoc amore tentationis tempore nō re
cedat. Ille autem vere amat cuius men-
tē delectatio praua ex cōſenſu non ſupe-
rat. Hec ille. Idē quoqꝫ ibidē. Tāto aūt
quiſqꝫ a ſuperno amore diſiungiṫ quan-
to inferius delectaṫ. Uñ ſubdiṫ [q̄ nō dili
git me: ſermones meos nō ſeruat.] τ cō- M
ſequēter ad eū diuie ꝑſone nō veniūt per
effectꝰ gratie ſue. Chry. Uel alr̄ intelligē-
dum eſt hoc totum. Extimauit em̄ Ju-
das ſicut mortuos videmus in ſomno:

ita τ ſe eū eſſe viſuros. Uñ querit. Quid
eſt ꝙ debes te nobis manifeſtare nō mū
do. Ue nobis q̄m morieris: τ vt mortuus
nobis debes aſſiſtere. Ne igiṫ hoc ſuſpi-
ceṫ: dicit [ad eū veniemꝰ]. q. d. ſicut pr̄ ma
A nifeſtat ſeipſum ita τ ego [τ manſionem
apud eū faciemus] q̄d ſomnioꝝ non eſt.
Hec ille. Ne aūt aliq̄s credat ꝙ xp̄s ſuū
ſermonē haberet a ſe ſubdit [Et ſermonē
quē audiſtis nō eſt meꝰ]. i. nō ineſt mihi
a me. Et eſt ſimilis modus loquēdi vt cū
dicit Uergil. Urbē quā ſtatuo veſtra eſt
[ſʒ eiꝰ qui miſit me patris] id eſt illum a
patre meo naſcendo accepi. Ex quo etiā
ſequiṫ ꝙ q̄ talē ſermonē nō ſeruat patrē
nō diligit. ¶ Eſt aūt ſciēdū ꝙ ꝑ ſermonē
xp̄i q̄tuor poſſumꝰ intelligere. Primo ip̄ſa
ṽba q̄ ex ore eiꝰ reſonabāt. Scd̄o ip̄ſam
imaginationē verboꝝ. Tertio ipſos mē-
tales cōceptus intellectꝰ poſſibilis eiꝰ: q̄
dñr ṽba mētis ſeu cordis. Scd̄m em̄ hec
tria in quolibet hoīe eſt triplex ṽbum: vt
docet. s. Th. ſ. q. xxxiiij. τ Quarto ip̄ʒ ver
bū diuinū q̄d filiꝰ dei ē: ſʒ ip̄a eiꝰ ſubſtā-
tiā diuinā. Tria p̄ma ꝯueniūt xp̄o inq̄tū
B hō: τ inſunt ei a ſe immediate τ a deo p̄nci-
paliṫ: q2 ſi deꝰ eſt cā oīs create cāe: eſt etiā
cā oīs creati effectus. Scd̄m aūt nō eſt a
xp̄o: ſed eſt xp̄s τ eſt a pr̄e. ¶ In hac par-
te eſt lr̄ale documētū de quo Gre. in ho.
ait. Sed ecce ſi vnuſq̄ſqꝫ veſtrum req̄raṫ
an diligat deū: tota fiducia τ ſecura men
te reſpōdet: diligo. In ipſo aūt lectionis
exordio audiſtis q̄d veritas dixit. Si q̄s
diligit me ſermonē meū ſeruabit. Proba
tio ergo dilectionis eſt exhibitio operis.
Hinc in epl̄a ſua idē Joan. ait. Qui dicit
q2 diligo deū τ mādata eiꝰ non cuſtodit:
mēdax eſt. Uere em̄ diligimꝰ ſi mandata
eiꝰ ſeruamus. Nunq̄ʒ eſt amor dei otio-
ſus: operaṫ em̄ magna ſi eſt: ſi aūt opera-
ri renuit: amor non eſt. Et infra. De dile-
ctionis ꝯditoris lingua mēs: τ vita req̄-
rat. Hec ille. ¶ Moralr̄ aūt ſciēdū eſt ꝙ
ſerui dei in hac vita tria potiſſime deſy-
derant q̄ xp̄s in hac p̄ma parte euāgelij
C ꝓmittit. Primū quidē eſt dei amor. quē
ꝓmittit cum ſpondet ſpm̄ſanctū ſe miſſu
rum: qui ſm̄ Grego. amor eſt. ſ. patris in
filium τ econuerſo. Sed tamē vt ſuſcipia-
mus a xp̄o mittēdū neceſſaria eſt primo

cordis purificatio. Greg. Certe ſi domū
veſtrā q̄ſqꝫ diues aūt ꝑpotēs amicus in-
traret oi feſtinātia domꝰ tota mūdareṫ:
ne q̄d forte eſſet q̄ oculos amici intrātis
offenderet. Tergat igiṫ ſordes praui ope
ris q̄ deo ꝑparat domū mentis. Hec ille. D
Et hoc q̄ʒtū colligiṫ ex ſcriptura quo ad
tria pctā ꝑcipue. Primo duplicitatis. Sa.
ſ. Spūſſctūs diſcipline effugiet fictū. Se-
cundo carnalitatis. ideo ſubdiṫ. τ auferet
ſe a cogitationibꝰ q̄ ſunt ſine intellectu.
Tertio elationis. ideo ſubdiṫ: τ corripieṫ
i. expelleṫ a ſuꝑueniēte iniq̄tate. i. inequa
litate. Nullꝰ aūt eſt inequalis magis ſu-
perbo q̄ nō vult parem. Scd̄o neceſſaria
eſt ꝓfunda humiliatio: q2 libēter ſpūs ſi-
cut τ hō vadit ad hoſpitiū in quo hono-
rādus eſt. Eccle. iij. Magna potētia dei
ſolius: τ ab humilibus honoraṫ. Ps. Qui
emittis fontes in cōuallibus. Ge. ſ. Spūs
dñi ferebaṫ ſuꝑ aquas. i. ſuꝑ corde dulci
τ manſueto. Et cōtra ſpūs malignus re-
quieſcet ſuꝑ terrā. i. terrenos: datam ſibi
ad mādücādū τ incorporandū Gen. iij.
terrā comedes. Et ſuꝑ aerē. i. ſuꝑbos: dā
tum ſibi ad habitandū Ephe. ij. Princi E
pē aeris huius. Et ſuꝑ ignē gehenne. da
tū ſibi ad cōbuſtionē. Math. xxv. Diſce
dite τc. Et ſuper ignē cōcupiſcentie. datū
ſibi ad ſuccēdēdum. Oſee. vij. Oēs adul-
terātes quaſi clibanꝰ ſuccēſus a coquen
te. Tertio neceſſara eſt tranq̄llitas men-
tis. Eſa. lxvi. ſm̄ aliā tranſlationē. Suꝑ
quē req̄eſcet ſpūs meꝰ niſi ſuꝑ humilē et
q̄etū? Scd̄ʒ deſyderatū ē amoris ꝯſerua-
tio: quā ſpopōdit ibi: τ manſionē τc. Cō-
ſernaṫ aūt ignis ſpūſſcti ſicut τ materiale
ꝑ tria. ſ. Suꝑ poſitionē cineris. i. memo-
riā mortis: τ ꝑ lignoꝝ appoſitionē. i. bo-
noꝝ operū ꝯtinuationē. τ ꝑ ſufflationē.
Sʒ tres ſunt ſufflatores. i. ip̄e hō feruētis
deſideria ꝯcipiēdo. Eccl. xxviij. Si ſuffla F
ueris quaſi ignis exardebit. Et xp̄s hūc
ignē ſpirās: ip̄m magis inflāmando. Jo.
xx. Inſufflauit τ dixit. Accipite ſpm̄ſctm̄.
Et diabolꝰ q̄ exſufflando extinguit. Eſa.
lviij. Ecce ego creaui fabrū ſufflantem in
igne prunas. Sed extinguēdo illū: accen
dit concupiſcentiā. Tertiū deſyderatum
eſt per aliquē modū ſcire ſe eſſe in amo-
re dei: τ huiꝰ chriſtus dat ſignum ibi. Si

qs diligit me ſermonē ⁊c. Sunt aūt ſuper
hoc ſignū tria alia. ſ. abundantia lachry-
marū: remiſſio iniuriarum: ⁊ deſyderiū
ſupnoꝝ. In cuiꝰ ſignū ſpūſſctūs i triplici
ſigno viſibili apparuit. ſ. ſup xp̄m transfi-
guratū in ſpē nubis habētis guttas hu-
G moris: ⁊ ſup ipm baptizatū in ſpecie co-
lūbe felle carentis: ⁊ ſup collegiū aplicū
in ſpecie ignis qui ſemper tēdit ſurſum.
¶ Quātum ad ſcōm xp̄s tetigit modum
quo eis debebat manifeſtari quo ad fidē
perfectam ⁊ plenam notitiā diuinoꝝ: cū
ſubdit [Hec locutꝰ ſum vobis apud vos
manens]. ſ. ſm pñtiā corporalē quaſi di
ceret. Mō non poteſtis ꝑpter indiſpoſi
tionē veſtrā illā plenā notitiam capere:
vñ expedit vobis vt vadam a vobis cor-
poraliter: vt cum patre ⁊ ſpūſ. tō veniam
ſpūaliter. Aug. Alia eſt illa māſio quam
ꝓmiſit futurā: alia vero hec quā pñtem
eſſe teſtatur. Illa ſpūalis eſt atq; intrinſe
cus mētibꝰ reddit. hec corꝑalis forinſecꝰ
oclis atq; auribꝰ exhibet. Hec ille. [Pa-
racletꝰ aūt ſpūſſctūs] Nota ꝙ paracletꝰ
idē ē qd aduocatꝰ vel ꝯſolator: ⁊ hic pro
cōſolatore ponit qr xp̄s triſtibus loque-
H bat. [quem mittet pater in noie meo ille
vos docebit omnia] neceſſaria ad ſalutē
pro vobis ⁊ ꝑ docēdis a vobis [⁊ ſugge-
ret vobis oīa quecūq; dixero vobis.] Eſt
autē hic multiplex dubitatio. Et prima
eſt. Quenā pſona diuina ſit iſta ⁊ e qua
eſt hic ſermo: nā quelibet pōt dici ſpūſ
ſanctꝰ. Ad hoc dr ꝙ ſm Didymū ⁊ oēs
ſanctos: iſta pſona neq; eſt pater neq; fi-
lius. Et hoc ptz qr a pře mittit et in noie
filij mittit. Eſt tñ aduertendū ex doctri-
na. s. Tho. i. pte. q. xxxi. ꝙ ſpūſſanctus ſu
mi pōt in vi duarū dictionū. ⁊ iſto modo
pcedit argumentū factū ꝙ qlibet diuina
pſona dr ſpūſſctūs qr qlibet eoꝝ ē ſpūs ⁊
non corpus. ⁊ ſanctꝰ: ⁊ nō malus. Sumi
tur etiā in vi vnius dictionis: ſicut ⁊ hoc
ipm qd dico Joānes petrꝰ. ⁊ ſic ex accō-
modatione vſus diuine ſcripture eſt no-
men tertie pſone ꝑ modū amoris pcedē
I tis. Proceſſio eñ amoris ⁊ relatiōes ad
eam ptinētes: ⁊ pſona ſic pcedēs ꝑpter
ignorantiā noſtrā ſolū ex accōmodatio-
ne hñt propria nomina. Rationabiliter
autem ſic nominat iſta perſona vt dicit

Primo qr pater ⁊ filius cōiter ſunt ſpūs
⁊ ſunt ſancti. Vñ dicit Augu. xv. de trini.
Qui cōis eſt ambobus id ipſe ꝓprie vo-
catur qd ambo cōiter. Scdo qr ſpiritus K
qd impulſionē ⁊ motū dicit amori cōpe-
ti cōpellenti in amatū. Hec oia. ſ. Tho.
¶ Scda dubitatio eſt cur dicat paracle
tus. i. aduocatus vel cōſolator cū primū
etiā filiꝰ cōueniat. de quo. i. Jo. ij. dr Ad-
uocatum habemus apud patrem. Scdo
vero conueniat patri de quo. ij. Cor. i. dr
Pater miſericordiarū ⁊ deꝰ totius cōſo-
lationis. Ad hoc dico ꝙ ois effectus dei
in creatura ſiue ad extra cōis eſt omnibꝰ
diuinis pſonis iuxta regulam theologi-
cam: q eſt: ꝙ indiuiſa ſunt opera trinita-
tis. ſ. ad extra. Aliqs tñ effectꝰ alicui pſo
ne appropriat. Sicut. n. přī appropriatur
potētia: filio ſapia: ſpūiſctō bonitas. Ita
⁊ appropriat eis opatiōes i qbꝰ iſta pcipue
apparet: iuxta doctrinā. s. Tho. i. iij. di. iiij.
¶ Ad argumentū ergo dico ꝙ eſſe ꝯſola
torē qd oibꝰ cōe eſt dr de ſpūſctō. Primo
qr qd ꝯuenit oibꝰ ꝯuenit et ſinglis: ⁊ ſpe- L
cialiter de illo dicit q tūc viſibiliter mit-
tendus erat. Scdo qr bonitas ꝯſolantis
⁊ benignitas in cōſolando: magis ꝙ eiꝰ
ſapientia aut potentia manifeſtari vide
tur: ideo eſſe conſolatorē appropriatur
ei cui bonitas. Eſſe autem aduocatū orā
do competit ſolum chriſto vt homo eſt:
ſz orare faciēdo competit ſpirituſancto.
Idcirco eñ vt dicit Greg. ſpirituſſanctꝰ
aduocatus dicit qr pro errore delinquen
tiū apud iuſtitiam přis interuenit. dum
eos quos repleuerit exorātes facit. Hec
ille. Cōpetit etiā aūt cū ſit opꝰ ad extra.
¶ Ad argumentū aūt cōtra hoc dico. ꝙ
xp̄s ſpiritūſanctū dicit paracletū nō pn-
cipaliter rōne aduocationis: ſed ratiōe
cōſolationis: qr merentibus loquebatur
Chry. Cōtinue aūt eū paracletum vocat
ꝑpter cōtinentes eos tribulatiōes. Hec
ille. Dico ſcdo ꝙ cū homo potiſſimū ex
amore potius ꝙ ex potentia vel ſapien- M
tia prouocetur ad orationem forte ꝙ ora
re per nos appropriat ſpiritui ſancto de
quo dicit apls Ro. viij. ꝙ poſtulat. i. nos
poſtulare facit ꝑ nobis gemitibꝰ inenar
rabilibus. ¶ Tertia dubitatio eſt. Utrū
cū dicit ſpirituſſanctus mitti a patre in



noie filij ſpirituſſanctꝰ debeat dici ⁊ no-
minari filius ad hoc dico primo ꝙ ſic idō
dicit: qr ſpirituſſanctus debeat fidelibꝰ
viſibiliter aliqñ ad inuocationem noīs
xp̄i. Licet eñ ꝓpria forma baptiſmi ſit in
A nomine totius trinitatis: tñ ex ſpeciali cā
⁊ ꝯſilio ſpirituſſancti apl̄i aliquo tpe ba-
ptizauerunt in noie xp̄i ad reddēdū no-
men xp̄i amabile: vt ptz Act. xix. ⁊ per. s.
Tho. i. ij. pte. q. lxvi. Dico ſcdo melius: et
ſm mētem Didymi: lib. de ſpirituſancto
ꝙ ſicut filiꝰ dicit ſe veniſſe in nomine pa
tris ſui. Joā. vij. nō qr eſſet pater: ſed erat
filius patris eiuſdem eſſentie ⁊ non pſo-
ne ⁊ ſubiecit fideles ſuos patri. Ita ⁊ ſpi-
rituſſanctus venit in noie filij. non quia
ſit filius: ſed quia eſt ſpūs filij: ſcdm aplm
Gal. iiij. eiuſdem eſſentie ⁊ non pſone: ⁊
ſubiecit fideles ſuos přī. Ita ⁊ ſpūſſctūs
venit in noie filij: nō qr ſit filius ſz qr eſt
ſpūs filij. ſm aplm Gal. iiij. eiuſdē eſſen-
tie ⁊ nō pſone ab eo pcedens ⁊ ei fideles
cōfigurans in xp̄m ꝑ illum adoptamur
in filios dei. Juxta illud. Gal. iiij. in quo
B clamamꝰ abba pater. ¶ Quarta dubita-
tio eſt. Cur dicat ille vos docebit oia cū
docere videat appropriatū ei cui appro-
priat. ſapientia. i. filio de quo dr. Joā. i. il-
luminat oēm hoiem venientē in hūc mū-
dū. Ad hoc aūt videtur dicere Aug. ꝙ cū
docere tribus pſonis ꝯueniat: hoc attri-
buit xp̄s ſpūiſctō nō qr ei appropriet ſed
vt in notitiam ſpūſſancti venirent diſci-
puli. Ait eñ. Nunqd aūt diſcit filius ⁊ do
cet ſpūſſctūs: vt dicente filio vba capia-
mus docente aūt ſpū eadē verba intelli-
gamus. Ois eñ dicit ⁊ docet trinitas: ſz
niſi etiam ſigillatim cōmendaretur eam
nullo mō humana caperet opꝰ poſſet in
firmitas. Hec ille. Vel poſſumus dicere
ꝙ filio appropriat docere immediate il-
luminādo. ſz ſpūiſctō docere mediante:
inflāmando ⁊ diſponendo ad ſuſceptio-
C nē illuminationis filij. Nā aīalis homo
nō percipit q dei ſunt. i. Cor. ij. Ideo ſpūs
cuiꝰ ē nos bonos ⁊ ſpūales facere: docet
nos efficiēdū doctrine capaces. ¶ Quin
ta dubitatio eſt. Quō dicat ſpūſſanctus
aplis ſuggerere cū vt dicit Gre. ſuggere-
re ſoleat eſſe minoris. Ad hoc dico: ꝙ cū
ſuggerere ſit ſubminiſtrare: et etiā laten-

ter ſuadere ſpūſſctūs ſicut. Gre dicit ſug-
gerere: dr nō ꝙ nobis ſcientiā ab imo af-
ferat. ſz ab occulto. Hec ille. Et dicit ab
imo. i. qſi inferior ſicut ſeruꝰ de aliqbꝰ do- D
cet dñm. Vel ſz Aug. ſuggerere eſt ad me
moriā reducere. Sicut eñ dicit Theop.
ſpūſſctūs docuit q̄cūq; xp̄s nō dixerat tā
ꝙ ipoꝛtabilia: ⁊ ꝯmemorauit q̄cūq; dixe-
rat: ſz obſcuritatis cā vel intellectꝰ tardi-
ditate cōmēdare memorie nequiuerunt.
¶ In hac parte eſt morale documētum
vt q appetit notitiā diuinoꝝ: ſtudeat di-
uino amore ⁊ morum bonitate pollere.
Greg. in homil. Niſi aūt idē ſpūs cordi-
adſit audiētis: otioſus eſt ſermo docto-
ris. Nemo ergo docenti hoi tribuat qd
ex ore docētis intelligit. qr niſi intus ſit q
doceat doctoris lingua exteriꝰ in vacuū
laborat. Hec ille. ¶ Iterū moraliter ſciē-
dū eſt: ꝙ ſpiritus aduocatus dicitur. Eſt
eñ aduocatus bonus q ſcit ſapienter cō-
ſulere: luculenter ſuadere: ⁊ potenter vin
cere: ideoq; tria reqrit. ſapientiā: eloquē
tiam: ⁊ conſtantiā. Et ſapia ſine eloquen
tia eſt inutilis ⁊ eloquentia ſine ſapientia E
eſt garrula ex vtraq; ſine conſtantia eſt
fraudulofa. Idō dñs apoſtolis dedit ſpm
ſanctū in linguis ⁊ igne. In linguis qui-
dē: qr dedit eis facundiam. In igne ve-
ro: qui lucet ⁊ ardet: qr dedit eis lucidam
ſapiam ⁊ feruentē cōſtantiam. Sz multi
ſunt habentes linguā inflāmatā quidē
non iſto igne: ſed infernali. Jaco. iij. Lin
gua inflāmata gehēna. ¶ Nota ꝙ deus
ſm triplicem prouinciā fecit triplex lin-
guagium vt ita dicā ſiue idioma. Et idio
ma celeſtis regionis eſt deum laudare.
Pſal. In ſecula ſeculorum laudabunt te.
Regionis vero terreſtris eſt de terrenis
tractare. Jo. iij. Qui de terra eſt de terra
loquit. Infernalis vero eſt deum blaſ-
phemare. Eſa. viij. Iraſcit. ſ. dānatus. et
maledicit regi ſuo cognoſcit āt qs ad lo F
quelam cuiꝰ ſit regionis. Nam loquela
tua manifeſtū te facit. Matth. xxvi.
¶ Quantū ad tertiū tangitur exhorta-
tio xp̄i ad diſcipulos de pſeuerātia. Ad
cuius intellectū ſciendū eſt ꝙ ſm qd di-
cit ab Aug. ſup Joā. ⁊ de verbis dñi ⁊. s.
Tho. in diuerſis locis: triplex eſt pax. ſ.
mundanoꝝ: ⁊ ſanctoꝝ: ⁊ beatoꝝ. Et ſe-

eunda includit primã nõ ecõuerſo. ⁊ ter-
tia ſcďam nõ ecõuerſo. Pax mundanoꝝ
non eſt vera niſi quatenus aliqd partici
pat de pace ſctõꝝ: qꝛ extrinſecus tantum
modo eſt. Nam eſt apparens vnio ani-
moꝝ. Pax autem ſanctorum ſicut dictũ
eſt ſupra feria. v. poſt paſcha: tria requi-
rit. Nam cũ ſit trãquillitas ordinis ſm
Augu. ⁊ homo habeat triplicẽ ordinẽ. ſ.
ad ſeipſum: ⁊ ad proximũ: ⁊ ad deum: ad
B eam requiritur. Primo tranquillitas in
ſeipſo qͣntum ad tria q̃ in homine debent
ordinari. ſ. quo ad intellectum ne errore
aut affectione inordinata perturbeť quo
ad voluntatem: vt ſm intellectũ dirigať:
quo ad ſenſum ⁊ ſm voluntatẽ et rationẽ
reguleť ⁊ nõ perturbetur inordinatis paſ-
ſionibus. Scďo trãquillitas ad proximũ p
vinculum amoris. Tertio tranquillitas
ad deũ p charitatis conſortiuꝫ. Vñ Aug.
de verbis domi. diffiniens pacem ſancto
rum ait. Pax eſt tranquillitas mentis. ſci
licet quo ad rationẽ: ſerenitas animi quo
ad ſenſum: ſimplicitas cordis quo ad vo
luntatem amoris vinculũ quo ad proxi-
H mũ cõſortiũ charitatis quo ad deũ. Pax
vero btõrum includit oĩa q̃ ſunt de rõne
btitudinis vt pote impoſſibilitate amit-
tẽdi tranqllitatẽ pdictoꝝ ordinũ. Sic er-
go pñtẽ literã exponere debem⁹ ſm mẽ-
tẽ Au. [Pacẽ] ſctõꝝ relinquo vobis vt. ſ.
eã totis virib⁹ ampleti velitis. Aug. de
v̄bis dñi. Nõ poterit ad hereditatẽ dñi
puenire qui teſtamentum pacis noluerit
obſeruare nec poteſt cõcordiam habere
cũ chriſto qui diſcors voluerit eſſe cum
chriſtiano. Hec ille. [Pacẽ meam]. i. pa
cem quam habeo ⁊ vos nõ habetis neq̄
hic habere poteſtis: cũ ſit beatoꝝ [do]. i.
dabo [vobis] in futura felicitate per effe-
ctum: nunc aũt do per ſponſionẽ ⁊ infal
libilem ſpem: [Non quõ mũdus dat ego
I do vobis: In tribus enim pax xp̄i quã
nobis daturus eſt ⁊ nõ ⁊ quam dat in p̄-
ſentia pace mundi diſtinguiť. ſ. in perfe-
ctione: in veritate: ⁊ in fine. Pax eñ mũ-
di eſt imperfecta: qꝛ tantuꝫ exterius quie
tat. Vñ Eſa. xlviij. Non eſt pax impijs di
cit dñs. ſ. pfecta. Eſt etiam ficta quia lo-
quuntur mundani pacem proximo ſuo
mala autem in cordib⁹ eoꝝ. vt dicit Ps.

Et ordinať iſta pax ad quietem fruendũ
tpalibus bonis. Sed vtraq̄ pax xp̄i eſt
pfecta ⁊ vera: ⁊ ad eterna bona ordina-
ta. Sꝫ qꝛ dixerat dñs. pacẽ relinquo vo-
bis qđ eſt recedẽtis ſm Chry. ne ex amo-
K re turbẽtur vel timore formidẽt: ſubditur
[nõ turbeť cor veſtrum neq̄ formidet] eo
q ſoli quaſi agni inter lupos remanea-
tis. [Nam audiſtis qꝛ dixi vobis vado et
venio ad vos [. i. nõ ita recedo q̃n veniã
vos ſepe inuiſcere ⁊ viſitare. Sed qꝛ hoc
totaľr nõ ꝯſolabať eos: ⁊ ſubdiť. [Si di-
ligeritis me] amore amicitie vere ⁊ rõna
bilr [gauderetis vtiq̄ de meo diſceſſu.
non vt ſic ſed vt eſt mihi bonũ [qꝛ vado
ad patrẽ] ſm humanitatem. ⁊ ſic gaude-
bo nouo modo de mea aſcẽſione ⁊ ſeſſio
ne ad dexterã patris. Vado aũt ad illum
[qꝛ pater maior me eſt] non quo ad meã
deitatem: que eadem eſt cuꝫ paterna: ſed
quo ad humanitatem. Põt tamẽ ſm Ma
la. Pater dici maior non poteſtate ſed
autoritate principali vel donãtis: ſed fi-
lius nõ eſt minor ſed equalis. Ego autẽ
L addo q ſane intelligẽdo eo mõ quo pa-
ter eſt maior fili⁹ eſt minor. ſ. origine. Nã
ſicut eſſe minorẽ: eſt eſſe a quo ali⁹ ita mi-
nor eſt q̃ eſt ab alio. Et hoc expreſſe ſen-
tit. s. Tho. in ſuo ſimili de po. q. x. ar. j. vbi
concedit filium eſſe principiatuꝫ. Iſta tñ
non ſunt coram rudibus aſtruenda quia
forte male ſonarent. [Et nũc dixi vobis
priuſq̃ fiat] de mea morte ⁊ reſurrectio-
ne ⁊ aſcenſione [vt cum factum fuerit] et
cõpletum totum hoc [credatis] non ea
ipſa que videbitis ſm Aug. ſed etiã chri-
ſtum filium dei qui hec potuit facere et
prenuntiare. ¶ Sed hic eſt queſtio vna
qꝛ ex dicto Aug. videť ſequi q paſſio vel
reſurrectio aut aſcenſio chriſti quo ad
apľos qui iſta viderũt: nõ ſint articuli fi-
dei. Sed dicendum eſt q licet viderent
hominem mori tamen q ille homo eſſet
deus hoc non videbant ideo fide crede-
bant deum mortuum: ⁊ ſic de alijs. Sub
dit autem chriſtus aliam cauſaꝫ quia de
M bebant apoſtoli de eius morte conſolari
qꝛ non patiebatur pter aliquod ſuum
delictum: ſed innocenter cũ dicit [Iã nõ
multa loq̃uar vobiſcum] quaſi dicat ſm
Bedã. Tempus viget vt capiar ad mor



tem. [Venit eñ princeps mundi huius]
id eſt hoim mũdanoꝝ. Eſt aũt ſm Aug.
iſte princeps diabol⁹: qui malis hoibus
dñať: nõ rõne creatiõis: ſed ſeductiõis.
A Venit aũt inquit ad cor Jude vt me pro-
dat: ⁊ ad cor iudeoꝝ vt me crucifigant [⁊
in me non hꝫ quicq̄] qꝛ. ſ. vt dicit Bern.
Pctm̃ xp̄s neq̄ ꝯxit neq̄ cõmiſit. Sꝫ qua
re moriebať ſi nõ habebat pctm̃ cum pe
na pcti ſit mors. Ad hoc reſpõdet ip̄e di.
[Sed] ſupple morior [vt cognoſcat mun-
dus] ly vt ſtãte ꝯſecutiue ⁊ nõ cauſaliter.
Nõ eñ hoc fine moriebať vt id ſcim⁹ ſꝫ
eo moriẽte p pctõ alioꝝ cõſequẽter hoc
ſciuim⁹ [qꝛ diligo patrẽ] cui ip̄e ad mor
tem obedio [⁊ ſicut mandatũ dedit mihi
pater] vt p ſalute pctõrum moriar [ſic fa-
cio] In quo nobis reliqđ obediẽtie docu
mentum. ad qđ ſemp debem⁹ inſpicere.
Juxta illud Hebre. xij. Aſpiciam⁹ in au-
ctorẽ fidei: ⁊ cõſummatorẽ Jeſum q̃ pro-
poſito ſibi gaudio ſubſtinuit crucẽ: cõfu
ſione cõtempta. ¶ Moraliter aũt ſciẽdũ
eſt q xp̄s poſtq̃ dixerat ſpm̃ ſctm̃ mitten
duꝫ diſcipulis ſtatim ſubdit. Pacẽ relin-
quo vobis ad ſignificandũ q in hoc mũ
do nõ eſt vera pax. niſi hoibus bone vo-
B luntatis qui. ſ. habẽt ſpm̃ ſctm̃. Sed iſtaꝫ
pacẽ ⁊ cõſolationẽ non poſſunt recipere
habẽtes mundanã. Jo. xiiij. Spm̃ verita
tis: quẽ mũdus nõ põt accipere. i. amato
res mundi. Ratio: qꝛ vt diciť. j. Jo. ij. Oẽ
qđ in mundo eſt: cõcupiſcẽtia carnis eſt:
aut cõcupiſcẽtia oculoꝝ: aut ſupbia vite.
Iſta autẽ tria pctã. ſ. luxuria: auaritia: et
ſupbia: impediũt ꝯſolationẽ ſpũſſcti. ſi-
cut Chry. ſup Matt. oſtẽdit p tria exẽpla.
Primũ eſt qꝛ leo nõ moueť ad aſpectum
herbaꝝ ſeu prati virẽtis: ⁊ ſimiliter habẽ
tes cor a ſale per laſciniã nõ appetũt her
bas virẽtes. i. ſpũales amenitates: ſꝫ vo-
luptatis. j. Cor. ij. Animalis hõ nõ per-
cipit ea que ſunt ſpũs dei. Scďm eſt: qꝛ la
pis cadẽte pluuia balneať quidẽ a foris:
ſed intus aridus manet: ⁊ ſilr hñtes cor
durũ p ſuperbiã: ſpũſctõ intrinſecus nõ
C irrigant. Bern. Quedã ſupbia inuenta
eſt in me ⁊ dñs declinauit in ira a ſeruo
ſuo: ⁊ ad lachrymas nõ cõpungor. Hec
ille. Tertiũ: qꝛ ſi vaſi pleno aceto: infun-
datur gutta mellis: pdiť mel ⁊ acetũ nõ

dulcorať: ⁊ ſilr hñtes cor acerbũ p auari
tiam que multas facit acerbitates in ac
quirẽdo ⁊ cõſeruãdo nõ ſentiũt dulcedi-
nem mellis. i. cõſolationẽ ſpiritus ſancti
Augu. ſup illud Pſal. Diligite dñm oẽs D
ſancti eius Diſcite nõ diligere munduꝫ.
vt diſcatis diligere deũ. Auertere vt cõ-
uertaris. Funde vt implearis. Hec ille.

Feria. ij. infra octa. Penthec.
Textus euange. Joan. cap. iij.

Sic deus dilexit mundum
vt filiũ ſuũ vnigenitũ da-
ret: vt oĩs qui credit in eũ
nõ pereat: ſꝫ habeat vitã
eternã. Nõ eñ miſit de⁹ filiũ ſuũ in
mũdũ vt iudicet mũdũ: ſꝫ vt ſaluet
mũdus p ip̄m. Qui credit in eũ nõ
iudicať. Qui aũt nõ credit iam iu-
dicat⁹ eſt: qꝛ nõ credit in noĩe vni-
geniti filij dei. Hoc eſt autem iudi-
cium qꝛ lux venit in mundũ: ⁊ dile-
xerũt homines magis tenebras q̃
lucẽ. Erãt enim eoruꝫ mala opera. E
Omnis eñ q̃ male agit odit luceꝫ
⁊ nõ venit ad lucẽ: vt nõ arguãtur
opera eius. Qui facit veritatẽ ve-
nit ad lucẽ: vt manifeſtentur ope-
ra eius quia ideo ſunt facta.

Sic deus dilexit munduꝫ vt fi-
lium ſuũ vnigenitũ daret ⁊c.
Jo. iij. In preſenti euang. tan-
guntur tria pũcta que ſunt: Con
ditoris benignitas. Hominis
malignitas: et Malignitatis cãlitas.
¶ Quãtum ad primũ tangiť magna dei
benignitas q̃ filiũ ſuũ dedit morti. p mũ
do. i. hoie. Hanc autẽ benignitatem xp̄s
poſtq̃ ſe dixerat exaltãdũ. i. in cruce mo
riturũ ne quis miraret de morte eius in-
troducit dicens. [Sic deus dilexit mun-
dum]. i. hoim ſm Chryſ. qui diciť minor F
mundus [vt filium] naturalem: non ado
ptiuum [ſuum] nõ alienũ [vnigenitum] in
quo ex conſequenti totus erat amor pa-
tris non diuiſus in plures filios [daret]
libere ſine p̄cedẽti merito cõdigno vt pꝫ
p. j. Tho. iij. q. xiij. diſ. j. ⁊ ſine ſperemu-

neratiõis. Deus eñ nõ agit ad acq̃rẽdũ
ſibi ſ3 ad cõicandũ alijs. Secus de hoie
q̃ ſemp̱ p̃ncipal̃r vel ſecũdario in ſuo ope
B intẽdit aliq̃d bonum acq̃rere. Jõ vt dicit
Auiceñ. ſolius dei actio eſt mere libera-
lis[daret] ingr̃ũ p̃tinꝫ in exẽplum: ꝛ in p̃-
miuꝫ. Notat aũt hic. s. Tho. ꝙ amor dei
q̃ eſt cã oĩm bonoꝝ noſtroꝝ eſt magnus
ex quatuor. Primo ex ꝑſona amantis: q̃
eſt deus infinit⁹ ꝛ immẽſus. Scõo ex ↄdi
tiõe amati. i. hoĩs: q̃ eſt mundan⁹ corꝑe ꝛ
affectu exiſtẽs in pcc̃is. Tertio ex magni
tudine doni: q2 filium ſuũ vnigenitũ de-
dit. Quarto ex magnitudine fructus: q2
vt habeamus vitã eternã. ¶ S3 eſt hic
duplex q̃ő. Pria quõ fili⁹ dei dari potue-
rit i mortẽ cũ ſit de⁹. Ad hoc dicit Theo.
ꝙ cũ in xp̃o ſit vna ꝑſona ſubſiſtẽs in di-
uina ꝛ humana natura eadẽ fuit ꝑſona
hoĩs ꝛ dei. Et iõ q̃ ſunt diuinitatis attri-
buunt̃ homini: ꝛ q̃ hũanitatis deo rõne
idẽtitatis ſuppoſiti. Vñ vere dicimus ꝙ
filius hoĩs deſcẽdit de celo: ꝛ q̃d fili⁹ dei
mortu⁹ eſt. Dedit autẽ eum pr̃ ad mortẽ
H ſm̃. s. Tho. inquãtũ dedit ei volũtatem
patiẽdi. Et hoc dupliciter inq̃t. Prio: q2
inquãtũ de⁹ habuit ab eterno volũtatẽ
patiẽdi a patre. Et ſcõo: q2 inquãtum hõ
inſpirata eſt a deo aĩe xp̃i volũtas moriẽ
di p̱ nobis. Alia q̃ő eſt. Utrum deus pl⁹
hoiem q̃3 xp̃m dilexerit: quẽ pro hoibus
tradidit ad mortẽ? Ad hoc dicit. s. Tho.
j. par. q. xx. ꝙ deus plus xp̃m q̃3 totũ vni-
uerſum diligit: q2 vult ei mai⁹ bonũ. ſ. eẽ
verũ deum. Neq3 eius excellẽtie aliquid
deperit ex hoc ꝙ in mortem traditus eſt.
imo ex hoc effectus eſt victor glorioſus
Et vr̃ intẽdere. s. Tho. q̃d ſi ita de⁹ xp̃m
pro hoibus tradidiſſet ſicut nobis tradit
bruta q2. ſ. nulli ũ eis bonũ p̱uenit ex hoc
ꝙ eis vtimur: xp̃s fuiſſet minoris p̃tij q̃3
genus humanũ. [Ut omnis qui credit in
ipſum] non dicit: vt oĩs qui credit ei vel
eum: ſ3 in eum ſiue in ip̃m ad q̃d nõ ſuffi-
cit fides: ſ3 op3 adeſſe motum in deuꝫ: vt
I p3. ij. ij. q. ij. [Nõ pereat]. i. fruſtret̃ ſuo fi-
ne ad quẽ eſt fact⁹ a deo: ſed habeat vitã
eternã que eſt finis eius. [Non eñ miſit
de⁹ filiũ ſuũ in mundũ] quãtũ ad aduẽ-
tum in carnẽ [vt iudicet mundũ.] Sed ↄ.
Nam in iudiciũ ego veni. Jo. ix. Ad hoc
dicit. s. Tho. ꝙ cuꝫ duplex ſit iudiciuꝫ. ſ.
diſcretionis: ꝛ cõdẽnationis. Filius dei
in primo aduẽtu venit in iudiciuꝫ diſcre K
tionis: q2 tunc ſunt hoies diſcreti quibuſ
dam obcecatis: ꝛ quibuſdã gratie lumi-
ne illuminatis: nõ autẽ in iudicium cõdẽ
natiõis. [Sed vt ſaluet̃ mundus p̱ ip̃m]
quãtũ in ſe eſt Aug. Quare ſaluator dict⁹
eſt mũdi niſi vt ſaluet mundũ. Ergo quã
tum in medico eſt: ſanare venit egrotũ.
Ipſe ſe interimit qui p̃cepta medici ſer-
uare contẽnit. Hec ille. ¶ Quantum ad
ſcõm dr̃. [Qui credit in euꝫ] ꝛ nõ ſolum ei
vel eum [non iudicat̃]. i. non condẽnabi
tur ſm̃ Alchui. Et hoc intellige iudicio
condẽnatiõis ſecus iudicio diſcuſſiõis.
Diſcutient̃ eñ fideles mediocriter boni
ꝛ mediocriter mali. Quidam tñ heretici
ex hoc ꝛ ex illo. Marc. vlti. Qui credide-
rit ꝛ baptizat⁹ fuerit ſaluus erit dixerũt
nullum fidelẽ eternaliter damnãduꝫ. S3
ſm̃ hoc etiã demones ſaluarent̃: q2 cre-
dunt ꝛ contremiſcunt. Jaco. ij. Eſt ergo
hic ſermo de fide viua. Intelligunt̃ ergo L
predicta de credẽte in deũ. i. cum fide for
mata. Aſſumunt autẽ ſm̃. s. Tho. ꝛ aliud
fundamẽtũ. ſ. v̓ba Apl̃i. j. Cor. iij. Funda
mentũ aliud nemo põt ponere. Et ibidẽ.
Si cui⁹ opus arſerit: ip̃e quidẽ ſalu⁹ erit
ſic tñ quaſi p̱ ignẽ. Dicũt ergo ꝙ ſaluant̃
fidei fundamento l3 purgent̃ ignẽ. Sed
ſoluit̃ per idem: q2 fides informis nõ eſt
fundamentũ ſalutis. [Qui aũt nõ credit
iam iudicatus eſt] vel ſm̃ meritum p̃ſen-
tis iniuſtitie: vel ſm̃ diuinã preſciẽtiam:
Aug. nondũ apparuit iudiciuꝫ: ſ3 iam fa
ctum eſt iudicium. Nouit eñ dñs q̃ ſunt
eius nouit q̃ pertineant ad coronã: ꝛ qui
permaneãt ad flammã. Hec ille. Uel ſm̃
Chryſ. dicit̃ iudicatus talis: q2 hoc ip̃m
q̃d eſt eſſe extra lumen fidei magnũ ſup-
pliciũ eſt. Uel vt idẽ dicit: eſt iudicat⁹: q2
habet vnde iuſte iudicetur: ſicut Adã ea
die qua de cibo vetito manducauit mor
tuus eſt. Et hoc eſt eſſe iudicatũ ſm̃ p̃ſen
tem iniuſtitiã. Uel ſm̃ Gre. ꝛ Chryſ. dicit̃ M
iudicatus: q2 habet manifeſtam cauſam
damnationis: ideoq3 in iudicio nõ diſcu
tietur cum patenter exciderit a ſalute ad
quam nõ niſi p̱ xp̃m venit̃. Jõ ſubdit̃ [q2
nõ credit in noĩe vnigeniti filij dei.] Al-



chui. In hoc eñ ſolo noĩe eſt ſalus. Hec
ille. ¶ Sed ↄ: q2 paruuli cum baptiſmo
decedẽtes neq3 crediderunt neq3 iudica-
A ti ſunt. Ad hoc dicit Augu. li. de baptiſ.
par. ꝙ tales p̱ ſacri virtutẽ ꝛ ꝛñſionẽ offe
rentium cõputant̃ in numero credẽtiuꝫ.
Secus vt ait de paruulis nõ baptizatis:
q2 in numero ſunt nõ credentiũ. Deinde
ſm̃ Alchuinũ reddit̃ cã quare iuſtum ſit
tale iudiciũ: cuꝫ dr̃. [Hoc eſt aũt iudiciũ]
i. iſta eſt cã iudicij. vel ex hoc apparet ꝙ
iuſte infideles ꝛ impij iudicãtur. Uel hoc
eſt iudicium. i. cauſa maioris cõdemna-
tionis ingratitudo ſc3 hoĩm ad deuꝫ [q2
lux]. i. ip̃e xp̃s ſm̃ Bedam [venit in mũ-
dum]. i. ad hoies ita ꝙ eã querere nõ ha
buerunt: vt dicit Chryſo. [Et dilexerunt
hoies magis tenebras]. i. peccata ſcõm
Bedã: que iõ tenebre dicunt̃. vel q2 oĩs
malus: ignorãs eſt intelligibili particu-
lari: vel q2 male operãtes querunt in te-
nebris. i. in occulto operari ꝛ latere cõi-
ter: vel q2 ad eternales tenebras ducunt
[q̃3 lucem]. i. xp̃m. Ex quo p3 ꝙ inexcuſa-
B biles ſunt. Nam ſicut dicit Chryſ. Qui in
abſentia lucis: q2. ſ. nõ h3 notitiã xp̃i: in
tenebris reſidet aliquo modo excuſabi-
lis eſt: qui vero in p̃ſentia lucis heret te-
nebris: nullo modo. Beda. Moraliter
etiã illi magis tenebras q̃3 lucẽ diligunt:
qui ſuos p̃dicatores benedicentes odijs
ꝛ detractionibus inſequuntur. Hec ille.
¶ Quãtum ad tertiũ tangit̃ huius tante
ingratitudinis cauſa ſm̃ Bedam. cum
dr̃. [Erãt eñ eoꝝ]. ſ. hoĩm aliquoꝝ [mala
opa.] Habuiſſet tñ mala opera non fuit
ſufficiens cã fugiẽdi a xp̃o. Nam quidã
habẽtes mala opera xp̃o ocurrerunt pu
ta publicani ꝛ peccatores. Sed fuit hec
occaſio ꝛ ſufficiẽs cauſa fuit habuiſſe in-
tentionem perſeuerandi in eis. Chryſo.
Nullus vtiq3 eligit in errore viuens ad
fidem venire niſi prius inſcribat ſibiipſi
vitam rectam. Hec ille. Sed non vide-
tur ꝙ omnes infideles habeãt mala ope
ra: q2 Cato ꝛ plures philoſophi operati
ſunt virtutẽ. Ad hoc dicit Chryſ. vt alle-
C gat. s. Tho. ꝙ aliqui operant̃ bene ex na
turali diſpoſitiõe. ſ. qui non impugnant̃
concupiſcentia. Alij autẽ ex virtute. ſc3
qui impugnant̃. ꝛ hoc eſt ꝓpriũ fideliuꝫ
Uel põt dici ſm̃. s. Tho. ꝙ l3 infideles fa
cerent bona: nõ tñ virtutis amore: ſ3 per
inanẽ gloriaꝫ. Et nõ operabant̃ oĩa ope-
ra bona q2 deo cultũ debitum nõ redde-
bãt. Uel põt dici q̃d dñs dicit fuiſſe ope- D
ra mala iudeoꝝ maxime principaliũ: nõ
autẽ gentilium. q2 adhuc eis nõ erat lux
annũtiata. niſi priuatẽ in caſu. Jõ ſubdi
tur. [Oĩs qui male agit] id eſt q̃ eſt in in-
tentione peccãdi ſm̃ Alchuinũ. Nã qui
tam caret tali intentiõe: nõ agit malũ ſ3
egit [odit lucẽ] id eſt veritatẽ nõ per ſe: ſ3
per accidẽs. Aug. x. ↄfeſſio. Q2 enim falli
nolunt tales ꝛ fallere volunt amant ve-
ritatem cum ſeipſam iudicat. ꝛ oderunt
eã cũ eos ip̃a iudicat. Amãt ergo verita-
tem lucentẽ: oderunt eam redarguentẽ.
Hec ille. Unde ſequit̃. [Et non venit ad
lucem]. i. ad veritatem: ſeu ad hoc vt pa-
teat veritas quo ad opera eius [vt nõ ar-
guantur opera eius. Qui autẽ facit veri-
tate]. i. opera recta: que dicuntur opera
veritatis: q2 ſunt conformia regule diui-
ne ſapiẽtie et iudicio rationis vere iudi-
cantis. Ueritas eñ eſt cõformitas rei ad
intellectũ. Uel dicunt̃ opera veritatis: q2 E
ſunt ab homine vero id eſt q̃ talẽ ſe exhi
bet in opibus qualis eſt in v̓bis ꝛ ſignis.
Quilibet autem in verbis ꝛ ſignis cõiter
vult appere bonus: cui apparentie in bo
nis cõcordat operuꝫ exiſtentia: in malis
vero diſcordat. [Uenit ad lucẽ]. S3 nun-
quid ante xp̃m aliq̃s ſic fecit? Uidet̃ eñ
ꝙ non q2 ante xp̃m oẽs peccauerũt. vt di
citur Roma. iij. Ad hoc aũt dicit s. Tho.
ꝙ ſm̃ Aug. is cui diſplicet malum q̃d fe-
cit relinquens tenebras peccatoruꝫ facit
in ſe veritatẽ ꝛ venit ad lucẽ [vt manife-
ſtantur opa eius]. ¶ S3 ↄtra: q2 null⁹ d3
ſua bona publicare: vñ ꝛ phariſei de hoc
a dño reprehẽdunt̃. Ad hoc aũt dicit. s.
Tho. ꝙ licitũ eſt velle opera ſua manife-
ſtari. corã deo vt approbent̃: ꝛ in ſua cõ-
ſcientia vt gaudeat q̃s ſm̃ illud. ij. Cor. j.
Gloria nr̃a hec eſt teſtimoniũ ↄſcientie
nr̃e: ꝛ corã hoibus ad honorẽ dei ꝛ fidei
vtilitatẽ ſm̃ illud Mat. v. Sic luceat ꝛc.
nõ autẽ ad honorẽ ꝓpriũ. Hec ex illo. F
Et intellige ꝙ l3 manifeſtationem apud
hoies q̃rere pfectis. Unde. s. Tho. dicit ꝙ
ſancti hoc appetunt. Uide de hoc feria

ſexta poſt dñicā q̄nquageſime. Uel dr[vt
manifeſtent opa ei9].i.nō veret publica
ri quantū eſt ex natura ſuoꝝ operum. Ho-
nis forte velit ꝓpter humilitatē ⁊ nō ꝓ
G pter verecundiā latere[qꝛ in deo].i.ſcdm
deum[ſunt facta]⁊ cōſequēter nō ſunt re
prehenſibilia ſʒ laudabilia qꝛ deus ma-
lum velle non pōt. ¶ In hac parte eſt do
cumentum literale ꝙ peccatuʒ eſt cauſa
vel ſaltem occaſio morandi in peccato.
Greg. Peccatū qđ ſtatim ꝑ penitētiā nō
diluit mox ſub pondere ad aliud trahit.

☞ Feria.iij.infra octa. Pentheco.

☞ Textus euange. Joan.cap.x.

QUi nō intrat ꝑ oſtiū in
ouile ouiū ſed aſcēdit
aliūde: ille fur eſt ⁊ la-
tro. Qui autē intrat ꝑ
oſtiū: paſtor eſt ouiuʒ.
Huic oſtiari9 apit: ⁊ oues vocē ei9
audiūt. Et ꝓprias oues vocat no-
minatim: ⁊ educit eas. Et cum pro
prias oues emiſerit añ eas vadit: ⁊
oues illū ſequunt: qꝛ ſciūt vocē ei9.
Alienū aūt nō ſequunt: ſʒ fugiunt
H ab eo qꝛ nō nouerūt vocē alienoꝝ.
prouerbiū dixit eis ieſus. Illi autē
nō cognouerūt quid loqueretur eis.
Dixit ergo eis iterum ieſus. Amen
amen dico vobis: qꝛ ego ſum oſtiuʒ
ouiū. Oēs quotquot venerunt: fu-
res ſunt ⁊ latrones. ſʒ nō audierūt
eos oues. Ego ſum oſtium. Per me
ſi quis introierit ſaluabit: ⁊ ingre-
dietur et egredietur: et paſcua inue-
niet. Fur nō venit niſi vt furetur et
mactet ⁊ perdat. Ego veni vt vitā
habeāt ⁊ vt abundātius habeant.

QUi nō intrat ꝑ oſtiū in oui-
le ⁊c. Jo.x. Pñs euangeliū
tria cōtinet puncta. In p2io
tangit quodā ꝓuerbiū. In
I ſcdo exponit illud. In ter-
tio cōparatio fit iter furē ⁊ bonū paſtorē.
¶ Quātū ad primū ſciēdū eſt ſm Chrꝫſ.
ꝙ ante pñtia v̄ba xp̄s arguerat phari-
ſeos de cecitate: qꝛ in eū nō credebāt. Sʒ
qꝛ potuiſſent dicere: ideo te nō ſequimur
qꝛ nō tenemur cum nō ſis paſtor ſʒ erro-
neus. iō vult ſe oñdere paſtorē verū. Pre
mittit tñ aliq̄ de furc. qꝛ oppoſita iuxta ſe
poſita magis elucēſcūt. Sʒ ſm Aug. iſta K
dicunt cōtra phariſeos ⁊ ſiles q̄ quandā
iuſtitiā operū hñtes: ⁊ fidē xp̄i non habē
tes credūt ſe recte viuere. qđ nō eſt verū.
Uñ ait. Nec bñ viuere dicēdi ſunt q̄ finē
bñ viuēdi: aut cecitate neſciūt: aut infla-
tione cōtēnūt. Hec ille. Dr ergo.[Amen
amē].i. vere[dico vobis]geminat aūt ly
amen cā maioris expſſiōis. [Qui non in
trat ꝑ oſtiū in ouile ouiū.] Scdm Aug. et
Chrꝫ.⁊.s. Th.⁊ oēs: iſtud ouile eſt eccl̄ia
i. ꝯgregatio fideliū: ſiue eccl̄ia ſiue ſyna-
goga dicat. oues aūt ſūt fideles. ¶ Sciē-
dū eſt aūt ꝙ ad ouile intrat ouis vt ꝯſer-
uet. ⁊ paſtor principalis. i. dñs Jeſus ac
ſubſtitut9.i. vicari9 ei9 vt cōſeruet oues.
⁊ fur vt furet. ſed duo primi per oſtiuʒ in
trant. De oībus aūt his ingreſſibus loq̄
tur dñs. Sed ꝓ intellectu dicendoꝝ ſciē
duʒ eſt ꝙ cum duplex ſit ſpūalis paſtor. ſ. L
ꝑncipalis. i. xp̄s. ⁊ ſubſtitutus. i. p̄latus ⁊
ipſe xp̄s ſit oſtiū reſpectu paſtoris ſubſti-
tuti: reſpectu ipſius xp̄i opʒ aliud oſtium
intelligere. i. ſcripturā ipſam ⁊ dei volun
tatē expſſam in ſcriptura. qua deſtinauit
xp̄m in paſtorē gentib9. Uñ ouibus ⁊ pa-
ſtorib9 ſubſtitutis oſtiū eſt xp̄s ⁊ ſcriptu-
ra loquēs de xp̄o. ſʒ ipſi xp̄o oſtiū eſt ſcri
ptura ⁊ de9. Iſtud igit oſtiū ſm Chrꝫ. eſt
ſacra ſcriptura: q̄ facit fidelib9 qđ oſtium
facit ouib9. Uñ ait Hec. ſ. ſcripture dei co
gnitionē aperiūt: he oues cuſtodiūt ⁊ lu
pos ſupuenire nō ꝑmittunt: hereticis in-
troitum ꝑcludētes. Hec ille. Aug. autē ꝑ
oſtiū intelligit xp̄m: ſʒ reuera idē eſt ſen-
ſus Aug. ⁊ Chrꝫ. Nā in xp̄o ſunt implete
ſcripture: iō q̄ ꝑ ſcripturas intrat: intrat
etiā ꝑ xp̄m. i. fidē ⁊ conuerſationē xp̄i per
quā q̄s efficit de nūero ouiū xp̄i. Cuʒ eñ
ipſe xp̄s ſe dicat oſtiū nō eſt rōnabile qđ
Chrꝫ. aliud ꝑ oſtiū voluerit itelligere: ni-
ſi dicat ꝙ loquit de oſtio vt ꝯuenit ꝑnci-
pali paſtori tñ. Siue ergo ſit ſcriptura M
ſiue fides vel vita xp̄i: iō dr oſtium qꝛ ad
ouile ducit ⁊ iterū ex ouili ad paſcua eter
ne viriditatis. [Sʒ aſcendit aliūde] Hoc
eſt ſm Chrꝫ. aliā ſibi ⁊ nō legitimā viam



facit. Tales aūt ſunt multi: vñ non ſpeci-
ficat viam per quam ſine oſtio intrat: qꝛ
malū multis modis fit. Et q̄dē q̄ igredit
A vt paſtor principalis: aſcendit aliūde qñ
nō eſt ꝑ voluntatem dei ⁊ ſacras ſcriptu
ras ordinat9 caput ⁊ redēptor gētium: vt
antixp̄s ⁊ multi alij. Sed loquēdo de quo
cūqȝ alio intrāte. Prio aliūde aſcēdit ſiue
velit intrare vt ouis ſiue nō: vt ouis ſʒ vt
paſtor: qui nō credit intellectu recte ſm
ſcripturas. Scdo q̄ nō imitat affectu vitā
xp̄i. aug. Intrat ꝑ oſtiū q̄ intrat ꝑ xp̄m: q̄
imitat paſſionē xp̄i: q̄ cognoſcit hūilita-
tē xp̄i. Hec ille. Ubi nota ꝙ ter ponit ly
q̄: ſed ꝑmū nō ponit ī nūerū cū reliq̄s: ita
ꝙ ſm q̄: vʒ ly. i. ⁊ ꝯñr tāgit duo ꝑ q̄ intra-
mus ꝑ xp̄ʒ. ſ. cognoſcere ⁊ imitari quoꝝ
ꝑmū eſt itellect9 ſcdm affect9. Tales. aūt
ſunt multi. Prio q̄ volunt intrare cū ſcri-
pturaꝝ ignorātia: maxie ſi volūt intrare
vt paſtores: qꝛ cec9 q̄rit ducere cecū. Se-
cūdo qꝛ nolūt xp̄m imitari ꝑ viā hūilita-
tis: ſʒ volūt igredi vt oñent velut ſupbi.
B vñ aug. Qui ad ouile vult itrare ꝑ oſtiuʒ:
nō ſolū xp̄m ꝑdicet: ſʒ xp̄i gl̄iam q̄rat: nō
ſuā. Hūilis aūt ianua xp̄s eſt: q̄ intrat ꝑ
hāc ianuā opʒ humilē eſſe vt ſano capite
poſſit itrare. Qui āt ſe nō hūiliat ſʒ extol
lit: ꝑ murū vult aſcēdere: iō exaltat vt ca-
dat. Hec ille. Hie. Letamur ad aſcēſum.
timeamus ⁊ lapſum. Non eſt tāti gaudij
excelſa tenuiſſe: quāti meroris eſt de ex-
celſo cecidiſſe. Hec ille. Tertio q̄ ꝯtēpta
xp̄i paupertate ꝑ pecunias ⁊ ꝓpter pecu
nias vult intrare vt ſimoniac9. Quarto
q̄ ꝯtēpta v̄itate q̄ xp̄s eſt ꝑ fictiōes ingre-
dit: vt hypocrita. Quinto q̄ ꝯtempta xp̄i
māſuetudine ꝑ violētiā vult ingredi vt in
truſus. [Ille fur ē ⁊ latro] Hoc āt proprie
nō intelligit de eo q̄ intrat vt ſit ouis tm̄
nullā ſup ouib9 habitur9 ꝑtātem. Talis
eñ ſi male igredit: nulli niſi ſibi nocet. Sʒ
q̄ intrat q̄ſi aliq̄d ſupra oues ꝑtātis habi
tur9: vt paſtor ꝑncipalis vł ſubrogat9: et
ſi intrat ꝑ oſtiū ē fur. Cū eñ ad ouiū vtilita
tē ⁊ gl̄iā dñi deberet intrare: intrat ad
ſuū cōmodū ⁊ ſuā gl̄iam ꝯſequēdā. Iō ex
re aliena ſine volūtate dñi lucrū expetit
qđ ē furari. Uſ aūt Aug. ⁊ ſilr. s. Tho. ſic
iter iſta diſtinguere vt furis ſit rapere la-
tronis occidere. Uñ ⁊ latro ꝓprie dr q̄ la-
tens in ſyluis viatores aggredit. Fur ve-
ro q̄ noctis tpe ꝑdat. ¶ Sʒ eſt hic vna. q.
Si eñ ꝑ oſtiū xp̄m intelligim9. q̄uo ipſe
ſeipʒ dicit paſtorē. Ad hoc dr ꝙ in ſpūa- D
lib9 nō eſt incōueniēs ꝙ idē ſit oſtium ⁊
paſtor ſm opatiōes diuerſas. Uñ Chrꝫ.
Qui eñ adducit nos pr̄i oſtiū ſeducit: cꝛ
ꝯo ꝓcurat paſtorē. Hec ille. [Qui autem
intrat ꝑ oſtiū] mō expoſito ſicut intrauit
xp̄s per deū: ⁊ ſcripturā: ⁊ oēs apoſtoli ꝑ
xp̄m: ⁊ ſilr per ſcripturam mō ſuo [paſtor
ē ouiū]. ſ. ſi nō ē tm̄ ouis [huic oſtiari9].i.
Moyſes ſm chrꝫ. cui eloquia dei primo
ſunt credita. Uel ſm. Theo. ſpūſſanctus
per quē reſerant ſcripture q̄ nobis indi-
cant xp̄m [aperit].i. ipm xp̄m introducit
ī ouile ꝑ ipſas ſcripturas quo ad Moy-
ſen: vel etiā per illuminationem quo ad
ſpm̄ſanctū: qui interius ⁊ per ſcripturas E
verā notitiā tradit. Male eñ diſpoſitus
in credēdo dū ad ſuum ſenſum ſcripturā
trahit repugnantē in ea multas falſita-
tes intelligit. neqȝ Moyſe: neqȝ ſpūſſan-
cto docēte ſcripturas. Sic ſupra de gre-
cis dictū eſt: ꝙ cum dr q̄ a patre procedit:
intelligunt quoddā falſum: ꝙ. ſ. ſpūſſan-
ctus nō ꝓcedat a filio. Nec tñ intelligo
ꝙ moyſes bñ diſpoſitū doceat interi9 il-
luminādo vt ſpūſſanctus: ſed extra tanq̄
ꝑceptor loquēdo in q̄tū ei9 ſcripta exte-
rius ꝓponunt. Uel ſm aug. ꝑ oſtiarium
intelligit ipſe xp̄s: q̄ cū et ſit oſtiū ipſe vt
ait: ſe apit cū ſe expōit. Et nota qđ cū etiā
ipſe xp̄s ſit paſtor: intra ꝑ oſtium ſcriptu-
rarum ⁊ tamē nullus aperit oſtiarius in
quantuʒ de9 eſt: ſed intrat ianuis clauſis
nullo ſcʒ ei differente ſcripturas. In quā
tum aūt hō edoctus eſt a deo multipli-
ci ſcientia vt dictum eſt multoties ſupra.
¶ Sed ad notitiā hoꝝ nota ꝙ ſicut pa-
ſtor ⁊ oſtiū ita ⁊ aperire multiplr dicit et
ſumit. Nā ingrediēti vt paſtor principa-
lis prio ſcripturā apit teſtificādo ꝑ ver- F
ba ꝓphetaꝝ. de9 ꝑ miracula v̄a: ⁊ intro-
ducendo ipm ad ſceptrū ⁊ ꝑtātem ſuper
oues obtinendā. iuxta illud. Mat. vl. Da
ta eſt mihi. ſ. a deo oīs ꝑtās. Scdo aperit
ei ſcriptura ⁊ deus nō vt ipſe intret: ſed vt
alij intrēt ad ipm: vt aperire huic ſit apire
ad hunc. Et ſic dicit. s. Tho. ꝙ Moyſes
apit xp̄o: qꝛ dr Joā. v. Si crederetis moy-

ſi:crederitis for.et mihi .De me eñ ille
ſcripſit. Ingredienti xo vt paſtor ſubro
gatus:velvt ouis:aperit deus ſine ſpũſ
ſanctus et ſcriptura et xp̃s mõ expoſito
G [Et oues vocẽ ei9 audiũt].Iſta aũt rc.q̃
ſequũtur:lz conueniant cuilibet bono r
ſubrogato paſtori inquãtũ eſt idem cuz
xp̃o:cuius vicẽ gerit:tñ ꝓpriiſſime cõue
niũt xp̃o.Et iõ illa de eo exponem9 pri
mo.Oues ergo.i.fideles xp̃i vocẽ ei9 au
diunt qꝛ ſicut oues ex imaginatione con
ſueta paſtoris vocẽ recognoſcũt:ita fide
les ex diuina inſpiratiõe et lumine fidei
nouerunt vocẽ xp̃i.i.veritatem doctrine
ſue. Recte eñ iudicãt de his q̃ ſunt fidei
per modum inclinati ouis niſi in affectu
ſuo permittãt affectiones malas dñari.
[Et ꝓprias oues vocat noiatim ].i.pro
priis noibus tanq̃ ſibi cognitas. Nouit
eñ dñs vt ait Aug.nomina p̃deſtinato
rum. Quãuis etiã poſſumus dicere ꝙ lo
quitur de ouibus ſm preſentez iuſtitiam
[Et educit eas.] Primo ſm Chry de oui
H li fideliũ mittẽs ad īfideles: ſicut agnos
inter lupos.Scdo ſm eundem de medio
infideliũ vocans ad lumen fidei. Tertio
ſm Aug.de peccato educens ad gratiã.
Unde ait.Et quis ali9 oues emittit niſi
qui earum peccata dimittit:vt euz ſequi
duris:liberare vinculis poſſint. Hec ille.
[Et cũ ꝓprias oues emiſerit ſcꝫ tribus
p̃dictis:modis[añ eas vadit]p̃bẽdo exẽ
pla bene operãdi. Nec obſtat ꝙ plerũqꝫ
paſtor oues ſequaꝛ. Primo qꝛ locutio eſt
parabolica:r ꝯñr nõ oportet ſimilitudi
nem quo ad ſingula ꝯſiderare. Scdo qꝛ
vt ferunꝛ in patria illa paſtores oues cõ
muniter p̃cedunt ſibilantes ore r inſtru
mento ad hoc ipſum fabricato:r maxi
me qñ oues paſtorem diligũt.[Et oues
illũ ſequunꝛ] qꝛ ſciũt vocẽ eius alienum
autem non ſequunꝛ:ſed fugiunt ab eo.
qꝛ nõ nouerunt vocem alienorũz.Et in
tellige ꝙ alienum non ſequunꝛ cũ ꝑſeue
rãtia:ſecus ad tẽpus ex errore ꝓbabili.
Aliqui autẽ ſm Chry.dicũtur hic Theo
das r Judas. De his autẽ habeꝛ Act.v.
I Magiſter etiã hiſtoriar:de his introdu
cit Gamalielẽ ſic dicentez. Theodas ma
gus vt tradit Joſephus dicebat ſe eſſe
ꝓphetã a deo miſſum r ſcire.ſepulcrum
Moyſi:r theſauros quos iudei ī capti
uitatẽ eũtes in ſynai mõte abſcõderunt.
Ad cuius ꝑſuaſionẽ multi venditis om
nibus ſuis et ſublatis ex vrbe facultati
bus ad ripas iordanis venerũt r ꝓmiſit K
ſe facturũ poſt triduum vt diuidereꝛ ior
danis r tranſirẽt ſicco pede:ſicut trãſie
rant filij iſrael.Et dũ expectauerũt in il
lo triduo:ſup veniens ꝓcurator preſidia
ſyrie cum multitudine equitũ multos ex
eis occidit:r caput ipſius Theode hiero
ſolymã reportauit. Poſt hũc extitit Ju
das galile9 in dieb9 ꝓfeſſionis.i.deſcri
tionis generaliſq̃ vt tradit Joſephus
ſuadebat iudeis vt negarẽt tributa ro
manis.poſtea periit ipſe et quot quot ei
ꝯſenſerunt. Hec ille. Alieni etiã dicunꝛ
hic ſm eundem pſeudo apoſtoli tunc fu
turi:imo r ipſe antichriſtus ſm Theo
phi.qui de eo dicit:ꝙ paululũ decipiẽs
non obtinebit ſequaces poſt ei9 mortẽ.
¶ Eſt aũt hic vna queſtio:qꝛ videtur ꝙ
vocẽ xp̃i audiuerit aliqs q̃ nõ erat ouis:
ſed lupus vt Judas:r rurſus aliq̃ ouis L
non audiuit eã:vt aliquis ex his q̃ eum
occiderunt.Et ſi dicatur ꝙ qñ nõ audie
bant oues nõ erant.Contra hoc arguit
Aug. Nam alique oues dicunꝛ a domi
no per Ezechielẽ errantes.Soluit autẽ
ipſe Aug.r.s.Tho.ꝙ dñs loquiꝛ de oui
bus ſm predeſtinationẽ et nõ ſm p̃ſen
tem iuſtitiam. r dicũt ꝙ vna eſt vox xp̃i
quã omnes r ſoli p̃deſtinati audiũt.ſcꝫ
q̃ pſeuerauerit vſqꝫ in finẽ hic ſalu9 erit
Poſſunt aũt p̃dicta ſcdo exponi de q̃li
bet alio paſtore etiaz ad literã.qꝛ qñ eſt
vnũ exẽplar alterius.vt Salomõ xp̃i:et
xp̃s aliorum paſtorũ ſub vno textu poſ
ſunt eẽ multi ſenſus literales.Sicut autẽ
dicit.s.Thomas hic xp̃s tãgit ſigna bo
ni paſtoris. Primũ eſt.qꝛ ei aperit oſtia
rius iuxta preexpoſita.Scdꝫ.quia oues
vocem eius audiunt.Signum eñ boni
prelati eſt ꝙ diligatur ab omibus.id eſt
bonis/quamuis forte odio habeatur ab
hircis et capris.Tertium quia ꝓprias M
oues vocat nominatim.ī quo ſcdm ſan
ctũ Tho.notaꝛ ꝙ reſpectu ouiũ habet
cognitionẽ r familiaritatẽ qꝛ illos ex no
mine vocam9 quos familiariter cogno
ſcim9. r eas educit de ouili diaboli:id eſt



mundana conuerſatione et vadit ante
eas per exemplum bone conuerſatiõis.
¶ Quãtum ad ſecundum ponitur expo
ſitio eiuſdẽ:cum dicitꝛ.[Hoc prouerbiuz
dixit eis ieſus]id eſt parabolã vel ſermo
nem obſcurum. Licet enim communiter
A dicatur prouerbium id quod communi
ter eſt in ore omnium tanq̃ ſentẽtia vera
quaſi probatum verbũ: Tñ ſm ſanctum
Thomã prouerbium eſt quãdo aliquid
ꝓ verbo.i.loco verbi ponitur.ſicut ſi ſen
tẽtia vna exprimatur per verba parabo
lica aut ſimilitudinaria. Sicut ſi volens
dicere ꝙ malitioſi machinantur malum
dicat.vulpes ſynodum faciũt.¶ Ubi no
ta ꝙ q̃tum ad ethimologiã prouerbium
dicitur quaſi probatũ verbũ.Sed q̃tum
ad deriuationẽ vel compoſitionez diciꝛ
ex pro r verbum.Et primo mõ eſt dictuz
approbatum ꝓprie.communiter xo pa
rabola.Sed ſcdo modo eſt econuerſo:qꝛ
proprie eſt parabola ſeu dictum parabo
licum..cõmuniter vero eſt omne dictum
approbatum communi hominum ſentẽ
tia.[Illi aũt nõ cognouerũt quid loque
retur eis] Augu. Paſcit eñ dñs manife
ſtis:exercet obſcuris. Hec ille. Ideo vero
B p̃cipue dominus parabolice interdũ lo
quebaꝛ vt occultaret pretioſas ſentẽtias
indignis r exerceret ſtudioſos. Dicit au
tem.s.Thomas ꝙ ignorãtia que proue
niebat ex verbis chriſti eſt vtilis bonis:
quia ſe exercent ad intelligendum r nõ
valentes intelligere.ſed tamen credẽtes
veras eſſe admirantur altitudinẽ ſapiẽ
tie diuine r conſequenter etiam laudãt.
Impijs autem eſt damnoſa:quia nõ in
telligentes blaſphemant. Ideo vt ait Au
gu.inde plus laudat r blaſphemat im
pius.[Dicit ergo eis iterum]ſcilꝫ volẽs
aliqua exponere ex quib9 poſſint intelli
gere reliq̃.[Amẽ amẽ dico vobis:qꝛ ego
ſum oſtiũ ouiũ]nõ ſolũ paſtor.qꝛ vterqꝫ
ꝑ xp̃m ingrediunꝛ r egrediunꝛ[omnes
C quotquot venerũt].ſ.ꝑ iſtud oſtiũ nõ in
trãtes[fures ſunt r latrones].i.aiaꝝ ſedu
ctores:r ꝓpriis cõmodi ſectatores. Nec
tñ ſm Chry.r Aug.in his xbis intelligũ
tur patriarche r prophete.qꝛ ſm Chryſ.
loquitur de ſeditioſis.ſm Auguſti.vero
de his qui venerunt preter eum.ꝓphete
autẽ venerunt cuz eo:qꝛ cum veritate.s.
Tho.aũt dicit ꝙ manichei ꝓpter iſta di
xerunt patres vet.teſta.qui xp̃m preceſſe
runt r malos r dãnatos fuiſſe.Sed hoc D
inquit apparet falſum ex trib9. Primo q̃
dem:qꝛ parabola loquiꝛ de intrãtibus r
veniẽtib9 non ꝑ oſtium.i.chriſtum. Oẽs
autẽ patriarche r ꝓph ete intrauerunt ꝑ
xp̃m qui eos vt precones mittebat:qꝛ li
cet ex tpe carnem ſumpſerit tñ ab eterno
erat verbum dei ꝑ qd illi mittebanꝛ. Se
cundo qꝛ dicit:venerunt:ſcꝫ ꝓpria auto
ritate ſe igerẽtes:r nõ quaſi a deo miſſi.
predicti autẽ fuerunt miſſi a deo. Tertio
qꝛ oues nõ audiuerũt fures:audiuerunt
aũt ꝓphetas:lz mali eos nõ audiuerint.
¶ Notandũ xo ſm eundẽ ꝙ fures ſunt
q̃ vſurpant non ſuũ.id eſt autoritatẽ do
cẽdi. Latrones xo qui ꝑ doctrinas pra
uas occidũt[ſz nõ audiuerunt eos oues]
i.illi ſm Augu.de quibus dꝛ. Nouit do
minus qui ſunt eius id eſt predeſtinati.
¶ Quãtũ ad tertium poniꝛ comparatio
inter paſtores r furem cũ diciꝛ[Ego ſuz
oſtium]quo ad eccleſiam et quo ad glo E
riam intratur[per me ſi quis introierit]
ad eccleſiam[ſaluabiꝛ]dũmodo nõ egre
diatur ꝑ apoſtaſiam vel culpam.[Et in
grediꝛ r egredietur:r paſcua inueniet.]
Iſta aũt verba multipliciter exponunꝛ.
Primo ſic ſm Augu.r Theo. Ingrediꝛ
interius rectificãdo cõſciẽtiã r egrediꝛ
exterius ordinando vitã. Secũdo ſic ſm
Chryſo. Ingrediꝛ.ſ. corpore ad fideles
docẽdos:r inde egrediꝛ ad fideles cõ
uertẽdos. Qui eñ per oſtium intrat ha
bet libertatẽ intrandi r exeũdi melius q̃
qui aſcendit aliunde. Tertio:ſic ſecũdum
Gre.ſup Eze.r etiã Aug. Ingredietur ad
eccleſiã militãtẽ:r egrediꝛ ad triũphan
tẽ. In oibus autẽ p̃dictis ſenſibus fidelis
itrãdo r exeũdo iuenit paſcua aut future
felicitatis aut alicui9 participatiõis ei9. F
Quarto ſic in li.de ſpũ et aia. Ingrediꝛ
ad cõtẽplationẽ diuinitatis:r egrediꝛ
ad conſyderationẽ glioſe hũanitatis in
chryſto:r vtrobiqꝫ paſcua.id eſt ſuauita
tem inueniet.[Fur non venit niſi vt fure
tur modo p̃expoſito r mactet per malaz
doctrinam r exempla flagitioſa[r per
dat]in eternam dãnationem.[Ego veni

vt vitam habeant]. hoc ſm Aug. ingre-
diendo per fidem ex qua iuſtus viuit[et
abūdātius habeāt]egrediēdo ad p̄riam
ſm eundem in qua nunq̄ moriantur.

Feria.iiij.infra octa.pente.

G Textus euange.Jo.c.vj.

NEmo poteſt venire ad
me:niſi pater qui mi-
ſit me traxerit eum:et
ego reſuſcitabo euʒ in
nouiſſimo die.Eſt ſcri
ptū in pphetis.Erunt oēs docibi-
les dei.Ois q̄ audiuit a patre meo
⁊ didicit:venit ad me.Nō q2 patrē
vidit quiſq̄ niſi is qui eſt a deo hic
vidit patrem.Amen amen dico vo
bis:q̄ credit in me habet vitā eter-
nam.Ego ſum panis vite.Patres
veſtri manducauerūt māna in de-
ſerto ⁊ mortui ſunt.Hic ē panis de
celo deſcēdens:vt ſi q̄s ex ipſo mā-
ducauerit non moriatur.Ego ſum
panis viuus q̄ de celo deſcēdi.Si
H quis manducauerit ex hoc pane vi
uet in eternū.Et panis quē ego da
bo caro mea eſt pro mundi vita.

NEmo pōt venire ad me niſi
p̄r q̄ miſit me traxerit eum ⁊
ego reſuſcitabo cū in nouiſ-
ſimo die ⁊c.]Joan.vj.Circa
preſens euangeliū eſt multi
plex dubitatio.Prima:quia cum ad xp̄ʒ
vadamus credendo credimus aūt ſpon
te:nō videtur verū q̄ ad ip̄m trahamur
quia trahi eſt violentari.Ad hanc autē
viſo ſ.Tho.ſuper Joan.⁊.ij.di.xxv.⁊.ſ.q.
xxiij.ſic reſpondeo.Pater etern9 ad ſuū
filiuʒ homines trahit multipliciter ſine
violentia ſicut ⁊ homo hominem multi-
pliciter trahit.Nam hō trahit hominē.
Primo rōne ſuadēdo.Et deus pater ſilr
I ad ſuum filiū hoiem trahit:demōſtran-
do xp̄m eſſe filiū ſuū p ſcripturam vel in-
ſpirationē:vel p miraculoꝝ operationē.
Scd̄o alliciendo ⁊ prouocādo cōcupiſcen
tiā:eo mō q̄ ramus virēs trahit ouē ⁊ eo
mō q̄ dt Ver.in buc.trahit ſua quēq̄ vo-
luptas.Et ſic deus in genere cauſe fina-
lis trahit oſtendēdo quanta felicitas ſit
in futuro:⁊ in p̄nti aie toto corde ſequen-
tis xp̄ʒ paſtorē ſuū.Oſtēdit aūt hoc p ſcri-
pturā ⁊ p̄dicatores ⁊ maxime p internā
inſpirationeʒ faciens guſtare ſcintillas K
tam dulcis amoris.Tertio hō trahit ho
minē effectiue violētādo:ſic etiā de9 tra-
hit nos effectiue inq̄tū efficit i nobis vo
lūtatē q̄ ſeq volum9 xp̄m.iuxta illō Phi.
ij.de9 opat in nobis velle ⁊ pficere:ſʒ de9
ēt ſic trahēdo nō violētat hoiem vt hō q2
nō aliter ſic trahit niſi q2 facit nos velle.
Si aūt volum9 iā nō cogimur.Si aūt ēt
hō ſic traheret hoīeʒ nō violētaret.Scd̄a
qō eſt ſi p̄r trahit ad filiuʒ:quō pōt filius
trahere ad p̄reʒ iuxta illud Jo.xiiij.Ego
ſum via.⁊ Joā.xvij.Pr̄ manifeſtaui ⁊c.
Ad hāc dt.ſ.Tho.ſup Jo.Prio ſic xp̄s in
q̄tū hō trahit ad p̄rem eo mō q̄ via ad
terminū:⁊ ecōuerſo p̄r ad xp̄m:eo mō q̄
dās virtutē accedēdi ad xp̄m.Uel dr̄ ſcd̄o
ſic xp̄s inq̄tū vbū de trahit ad p̄rem ma
niſeſtādo illū p p̄dicationē exercitatā in
aſſumpta hūanitate.⁊ p̄r trahit ad xp̄m
p mirāda opa expleta infinita deitate:ſi- L
cut em̄ filio ſapia ⁊ doctrina:ita p̄ri potē-
tia appropriat q̄ maxie in miraculis ap-
paret.Tertia qō eſt:q2 ſi nō poſſum9 xp̄ʒ
adire niſi tracti:nō eſt nr̄a culpa ſi nō ac
cedimus ad illū p conuerſionē.Ad hāc
aūt dicit.s.Tho.ſup Jo.q̄ deus eſt para
tus oēs trahere trahi volentes:ac p hoc
nullus ſi nō trahit excuſat.Quidā auteʒ
ſunt q̄ nō volunt trahi:⁊ tn̄ deus facit vt
velint trahi cōuertēdo eoꝝ volūtatē.Sʒ
hoc bn̄ficiū nō exhibet oib9 ſʒ q̄b9 vult.
Nec de hoc aliij q̄b9 hoc nō dat habent
cām querere.Sufficere eis enim:dʒ q̄ in
p̄tāte eoꝝ eſt q̄ trahant:q2 dſt velle tra-
hi:qō ſi facerēt de9 eos traheret.Quare
aūt hūc aduerſuʒ cōuertat faciēdo vt tra-
hi velit ⁊ nō illū:noli vt dicit Aug.velle
q̄rere ſi nō vis errare.Jn generali tn̄ ali-
quos ſic mouet ⁊ aliquos nō vt ſuā miſe
ricordiā manifeſtet in eis q̄ trahunt:⁊ in M
aliijs iuſtitiā.Jn ſpāli vero de hoc vel illo
nō eſt rō niſi q2 vult:ſicut non eſt rō q̄re
domificatoꝝ velit aliq̄s lapides granio-
res eſſe in fundamēto:nō aūt q̄re hūc vel
illū.Hec ex illo ſiaaliter.Unde etiam pri-



ma pte.vbi.ſ.C Sʒ ꝫ predicta.Naʒ ſi in
mea p̄tāte eſt vt trahar.q̄re dt Au.ſemel
accipe ⁊ intellige nōdum traheris ora vt
traharis.Nō eñ debem9 orare deū pro-
his q̄ facere ipſi poſſum9.Ad hoc dico.
A Primo q̄ ideo poſſumus trahi:q2 poſſu
mus ſtante natura tradita a deo ⁊ gene-
nerali eius influxu velle trahi:qō aliq̄n
volum9 impfecte ⁊ cōditionate:eo mō q̄
piger vellet eſſe extra lectū de:q̄ tn̄ ſurge
re nō curat.Talib9 orādū eſt vt trahant
ſ.vt de9 det eis volūtatē pfectā ad volen
dū trahi.Scd̄o dico ⁊ forte eſt idē q̄ pro-
pter malas inclinatiōes ⁊ obiecta ſenſi-
bilia q̄ nos alliciūt habem9 difficultateʒ
ad faciēdū id qō facere poſſum9:q̄ facto
trahimur.Un̄ plerūq̄ amādo illicita ex-
perimur qō vix poſſumus appetere vt
deus a nobis talē effectū ſecluderet.Igit
orādū eſt vt de9 det nobis vt prōpte ⁊ p
fecte ⁊ facili9 velimus ⁊ faciam9 totū qō
poſſumus vt trahamur imo ſi trahimur
vt feruētius trahamur.Quarta queſtio
eſt cur dicat filius.Ego reſuſcitabo eum
cum reſuſcitare mortuos ſit op9 cōe toti
trinitati.Et r̄ndet q̄ ſm ſ.Tho.iij.q.lvj.
B ar.j.reſurrectio xp̄i eſt nr̄e reſurrectiōis
cā quaſi ſicut diuinitatis iſtrumētū.Nā
primū in quolibet genere eſt cā oim que
ſunt poſt.ij.Meta.ſʒ primū in genere re-
ſurrectiōis ē reſurrectio xp̄i:q2 ip̄e p̄m9
pfecte reſurrexit.i.ad vitā imortaleʒ.Eſt
aūt iſta reſurrectio cā nr̄e efficiēs:inq̄tū
hūanitas xp̄i ſm quā reſurrexit eſt deita
tis inſtrm̄.⁊ ꝯſr ſicut alia q̄ xp̄s in huma
nitate egit vel ptulit ſunt nobis virtute
deitatis ſalutaria:ita ⁊ reſurrectio eſt cā
reſurrectiōis cōtactu virtuali.Eſt etiam
cā exēplaris q2 tā q̄ pfectiſſimā imitant.
alie reſurrectiōes.Hec ille ſbaliter.Q2
vo pater trahit ad filiū ſʒ Aug.per opa
q̄ facit:p q̄ non debemus intelligere ſola
miracula ſed oēm inſpirationē:iō ſalua-
tor aliqua verba ſubdit de quibus eſt q̄n
ta qō.ſ.[Eſt ſcriptum in prophetis:erūt
C oēs docibiles dei].i.docti de deo.Hoc
eñ nullibi in pphetis repit.Sʒ dicendū
eſt illud eſſe in pphetis ſcriptū virtuali
ter.⁊ ſm aliq̄s elicit Joel.ij.vbi dn̄s fi-
lijs iſrl̄ ſpōdet ſe daturū eis doctoreʒ.ſʒ
Augu.vo ⁊ Bedam ſic dr̄:q2 ex diuerſis
dictis pphetaruʒ iſta colligunt p̄cipue.
Eſa.liiij.vbi dr̄.Ponaʒ vniuerſos filios
tuos doctos a dn̄o.⁊ Hie.iij.vbi dr̄.Da-
bo vobis paſtores iuxta cor meū qui pa-
ſcēt vos in ſciētia ⁊ doctrina.Intelligit
aūt ſic ſm.s.Tho.ſup Jo.Nam ſi ly oēs
diſtribuat eos q̄ ſunt in regno:ſunt docti F
a dn̄o p viſionē eſſentie ei9:ſed ſi intelli-
gat de his q̄ ſunt in eccl̄ia ſic ſunt docti
a deo p fidē infuſam.Et ſm Au.hoc ip̄ʒ
qō docent ab hoie eſt:q2 docentur a deo
interi9 q̄ eſt principalis magiſter.Si vo
intelligat de oib9 qui ſunt in mundo ſic
oēs ſūt docti.i.inſpirati a deo ſm Ciril-
lum q2 quantū eſt ex parte dei oēs docē-
tur.lʒ ex parte ſua aliqui non doceātur.
Uel ſm eundem ex Chry.intelligit oēs.i.
multi vel plurimi.Uel oēs ſm Aug.non
ſimpl̄r ſed q̄ docti erunt vt ſit diſtributio
accōmoda eo mō quo de magr̄o l̄rarum
dr̄.Jſte docuit oēs ciues huius ciuitatis.
Oēs inq̄ eos q̄ didicerūt i ciuitate ſequit
[Ois q̄ audit].i.inſpirat a patre[⁊ didi-
cit].i.credit ⁊ conſentit inſpirationi[ve- E
nit ad me]credēdo i me ⁊ amādo.Aliter
aūt venire nō pōt.ſ.niſi adiuuet a patre
ſicut nec graue pōt aſcendere:q2 excedit
ſuā facultatē]Non q2 patrē vidit quiſq̄
eo mō quo eſt nude ⁊ apte:q̄uis aliq̄ vi-
derint eū per ſimilitudines corporum vt
abraā Gen.xviij.Uel melius patrē nemo
vidit pfecte.i.cōphenſiue:lʒ aliq̄ eū vide
rint apte p miraculū vt de moyſe ⁊ pau
lo tradūt Aug.⁊.ſ.Th.[niſi is q̄ a deo].i.
xp̄s q̄ inq̄tū deus eſt gn̄atus a deo p̄re:
⁊ inq̄tū hō eſt format9 virtute dei in vtero
virginis.[Amen amen dico vobis:q̄ cre
dit in me]fide.ſ.charitate formata[hʒ vi
tā eternā]in ſua radice ⁊ cā.Gr̄a eniʒ eſt
q̄dam inchoatio glie ⁊ diſpoſitio ad illā
[Ego ſum panis vite].i.dās vitā gratie ⁊
glie.Hoc autē multipl̄r intelligit.Prio
vt panis ſumat metaphorice p eo q̄ vi-
uit,aia ſicut obiecto cognito ⁊ amato:ſʒ
illud Joā.iiij.Meus cibus eſt ⁊c.Scd̄o D
vt panis dicat id in qō panis eſt conuer
ſus aut cōuertēdus.Primo igit mō xp̄s
eſt panis aie inq̄tum deus ⁊ inq̄tū ho-
mo:ſed ſcd̄o mō ſolū inq̄tū hō:p quāto
in corpus eius cōuertit panis[patres ve
ſtri māducauerūt māna in deſerto ⁊ mor-

tui ſunt] corpaliter: ⁊ multi etiā ſpūaliter [Hic eſt panis de celo deſcēdēs [vt ſi q̄s ex ipſo māducauerit: non moriaſ] morte gehēne vel culpe niſi a ſe panē repellat.
G [Ego ſum panis viu⁹ q̄ de celo deſcendi ſi q̄s māducauerit ex hoc pane viuet in eternū] ꝯtū .ſ. eſt ex parte panis niſi quis ſeipſum per peccatū poſtea occidat.

☞ Feria .v. infra octa. Pentec.
☞ Textus euan. Luce .c. ix.

Conuocatis Jeſus duodecim apl'is dedit illis virtutē ⁊ ptātē ſup oīa demonia: ⁊ vt lāguores curarēt. Et miſit illos p̄dicare regnū dei ⁊ ſanare īfirmos. Et ait ad illos. Nihil tuleritis in via: neq̄ virgā neq̄ perā: neq̄ panē: neq̄ pecuniā: neq̄ duas tunicas habeatis. Et ī quācūq̄ domū intraueritis ibi manete: ⁊ inde ne exeatis. Et quicunq̄ nō receperint vos: exeuntes de ciuitate illa etiā
H puluerē pedū veſtrorū excutite in teſtimoniū ſupra illos egreſſi autē circuibant per caſtellla euangelizantes ⁊ curantes vbiq̄.

Conuocatis Jeſus duodecim apl'is ⁊c.] Lu. ix. Circa p̄ſens euāgeliū duo ſūt cōſyderāda. Primū q̄uo ſit intelligēda ptās collecta diſcipul' ſup oīa demōia ſeu ad faciēda miracula. Scdo q̄uo itelligēda ſūt illa v̄ba. Nihil tuleritis ī via. ¶ Quantū ad p̄imū ſciendū eſt ex doctrina .s. Tho. p̄o. q. vi. ar. iiij. q̄ dupl'r ſcī faciūt miracula. Prio .ſ. īpetrādo. ⁊. Scdo coagēdo: qd' Gre. appellat facere miracula ex ptāte. Hoc aūt nō eſt ſic intelligēdū q̄ſi in ſcīs ſit aliqua virt⁹ realis habitualis qua facerent miracula q2 ſic facerent
I ea q̄ñcūq̄ vellent qd' falſum apparet in btō bñdicto quē ſoror btā Scolaſtica inuitum detinuit impetrata pluuia a deo. Habēt autē virtutē intentionalē ⁊ tranſeuntē: ita q̄ in eis eſt ſolū ad p̄ſītiā agentis .i. q̄ñ de⁹ actualiter p̄ eos operaſ. Talis eſt virt⁹ q̄ ineſt baculo a brachio illū mouēte apl'i igiſ ſic habuerunt ptātē ſup demonia ⁊ ſup lāguores ad expellendū vtrūq̄. Habuerūt inſup ptātē .i. licētiā adiurandi demones ſm .s. Tho. ij. ij. q. xc.
K Adiurādi inquā nō dep̄cando: ſed impetrādo: nō vt p̄ſint ſed vt non obſint. Ex ſpūali tn̄ ꝯſilio ſpūſſancti aliq̄ ſancti vſi ſunt ſeruitio demonū: vt iacob⁹ in ligando philetū. Licite ergo eis imperam⁹ ne nobis noceāt nō autem vt nos doceant. Hec ille virtualiter. ¶ Quātū ad ſcdm vide dñica .iiij. aduēt⁹. Dicit ergo [Conuocatis Jeſus duodecim apl'is dedit illis virtutē ⁊ poteſtatem ſuper oīa demonia: ⁊ vt lāguores curarēt. Et miſit illos p̄dicare regnū dei] .i. aduētus regis īſtitutoris regni dei .i. xp̄ianitatis [⁊ ſanare infirmos. Et ait ad illos. Nihil tuleritis ī via neq̄ virgā neq̄ perā neq̄ panē neq̄ pecu. neq̄ duas tunicas habeatis: ⁊ in quācūq̄ do. itraueritis ibi manere ⁊ inde ne exeatis] curioſe ⁊ leuiter curſitando per domos ſm Amb. vel ne exeatis ſm Ciri. p̄pter vitē neceſſaria p̄curāda q2 prouidebūt vobis v̄ri receptores. Vel exe. ſm eandē ne hoſpitē ꝯtriſteris: cetera patet. L

☞ Feria .vi. infra octa. Pentec.
☞ Textus euan. Luce .c. v.

Factum eſt vna dierum ⁊ Jeſus ſedebat docens ⁊c.

Factū eſt vna dierū ⁊c. [Luc. v. Vide dñica .ix. poſt feſtum trinitatis.

☞ Sab. infra octa. Pentec.
☞ Textus euan. Lu. c. iiij.

Surgens Jeſus de ſynagoga introiuit in domū ſimonis. Socr⁹ aūt ſimonis tenebaſ magnis febrib⁹ ⁊c.

Surgēs Jeſus de ſynagoga ⁊c. Vide fer. v. poſt. iij. dñi quadrageſime.

☞ In feſto ſancte trinitatis.
☞ Textus euā. Jo. c. iij.

Erat hō ex phariſeis nicodem⁹ noie p̄ncep's iudeorū hic venit ad ieſū nocte: ⁊ dicit ei. Rabbi: M
ſcimus quia a deo veniſti magiſter. Nemo enī poteſt hec ſigna fa-

cere



cere que tu facis niſi fuerit de⁹ cū eo? Rñdit Jeſus ⁊ dixit ei. Amen amē dico tibi: niſi q̄s nat⁹ fuerit denuo: nō pōt videre regnū dei. Dixit ad eū Nicodem⁹. Q̄uo pōt hō naſci cū ſit ſenex. Nūq̄d pōt ī vētrē
A m̄ris ſue iterato introire ⁊ renaſci. Rñdit Jeſus. Amen amen dico tibi: niſi q̄s renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpū ſctō nō pōt introire in regnum dei. Qd' natū eſt ex carne caro eſt, ⁊ qd' natum ex ſpū ipſū eſt: Nō mireris quia dixi tibi: op; vos naſci denuo. Spiritus vbi vult ſpirat et vocem eius audis: ſed neſcis vnde veniat aut quo vadat. Sic eſt oīs qui nat⁹ eſt ex ſpū. Reſpondit Nicodemus ⁊ dixit ei. Q̄uo poſſunt hec fieri. Reſpondit Jeſus ⁊ dixit ei. Tu es magr̄ in iſrael ⁊ hec ignoras. Amen amen dico tibi: q2 quod ſcimus loquimur: ⁊ qd' vidim⁹ teſtamur ⁊ teſtimonium noſtrum nō accipitis. Si terrena dixi vobis et
B nō creditis: q̄uo ſi dixero vobis celeſtia credetis? Et nemo aſcendit in celū niſi qui deſcendit de celo: filius hominis qui in celo. Et ſicut moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto: ita exaltari oportet filium hominis vt omnis qui credit ī ipſum nō pereat ſed habeat vitā eternā.

Erat hō ex phariſeis Nicodem⁹ noie ⁊c.] Jo. iij. In p̄ſnti euang. narraſ inſtructio qua xp̄s inſtruxit Nicodem⁹. Eſt aūt aduertendū q̄ ea q̄ hic dicuntur ſm Mag. hiſt. videnſ cōtigiſſe poſt vltimū dñi aduentū in hieruſalē ex quo vlteri⁹ vr̄ q̄d' a beato Joāne p̄ anticipationem
C narrenſ. Sciēdū etiā eſt qd' iſte Nicodemus eſt q̄ Jo. vij. loquiſ in fauorē xp̄i di. Lex noſtra nō iudicat quēq̄ ⁊c. Jſ ē xp̄m ſepeliuit eiuſdem xix. Ideo euangeliſta ita ſerioſe eum deſcribit vt ſciatur quare hoc fecit: vel q̄uo facere potuit: fuit enim magn⁹ ⁊ honorat⁹ inter iudeos ideo potuit aliis ꝯdicere ⁊ fuit illuminat⁹ a xp̄o: D
ideo debuit p̄ ipſo zelare. Vel hoc ideo euāgeliſta facit vt oſtēdat cām debilitatis fidei eius q2 .ſ. erat p̄nceps. Sicut enī dr̄. Joā. xij. multi ex principibus crediderūt in xp̄m: ſ; eū cōfiteri nō audebant ne de ſynagoga repellerētur. S; q2 in hoc euāgelio tota ſctā trinitas exprimiſ: et p̄pterea in eius feſto legiſ anteq̄ deſcēdamus ad ei⁹ expoſitionē aliqua volo p̄libare de ipſa ſctiſſima ⁊ indiuidua trinitate vt q̄ fide credūt ēt aliquali rōne vel explanatiōe recreanſ. ¶ Sciēdū eſt igiſ q̄ ad iſtā beatā trinitatē oſtēdendā nec exēplū: nec rō nec autoritas aliqua veteris teſtamēti eſt omino euidēs ⁊ cōuincēs ſed teneſ ſola fide p̄ ſcripturā noui teſti expreſſe: ⁊ p̄ ſcripturā veteris quaſi expſſe .ſ. ſic q̄ nō p̄nt ſcripture rōnabiliter intelligi niſi credita trinitate. Ad hāc autē aliqualiter manifeſtandā pro cōſolatione fideliū vtemur: Ratione / Autoritate ⁊ Exēplo. ¶ Quantū ad primū ſciēdū eſt q̄ nos q̄ ex corp̄e ⁊ ſpiritu in mortali cōſtamus: ſumus ad imaginē dei ſm ſpm: E
non ſm corpus. in ſpū autem rationali ſecluſo corpore nō poſſunt eſſe niſi due potētie .ſ. intellect⁹ ⁊ volūtas q̄ in qualibet creatura .i. in hoīe ⁊ angelo diſtinguūtur realiter ſicut in igne ſplēdor ⁊ calor. Et ſi dicaſ q̄ p̄ter has duas ſpūs habet potentiā motiuā. Dico q̄ ſm ſanctos et p̄hos iſta potētia motiua eſt volūtas vn̄ ⁊ angeli dicunſ mouere celos p̄ imperiū voluntatis: ſicut ⁊ aīa mouet corpus humanū. Quelibet aūt iſtarū duarū potentiarū p̄ducit aliq̄d diſtinctū a p̄ducente ⁊ cum p̄ducto: ſicut intellectus p̄ducit verbū .i. cōceptionē per quā res intelligit voluntas p̄ducit ſeu ſpirat amorē q̄ duo diſtinguunſ a potentiis quib⁹ p̄ducunſ: ⁊ abinuicē. Et vnū iſtorū dependet F
ab alio .ſ. amor a verbo q2 nihil poſſum⁹ amare niſi cognitū: ita q̄ amor depēdet a duobus .ſ. a voluntate ⁊ a verbo. Igiſ ſi deus glorioſus eſſet deus ſicut eſt et cū hoc per impoſſibile intelligeret ⁊ amaret ſicut nos iam in cognitiōe ſancte tri-

nitatis per naturalē rationem euidentiſ
ſime cōſcenderemus. Sed ſicut deus in-
finite diſtat a creatura: ita ſuum intellige
re ⁊ amare infinite diſtat a nr̃o. Et iō in
G dictā cognitionē nō poſſumus ↄſcēdere
euidēter: ſed ſolū ꝓbabiliter ſic arguen-
do. Deꝰ eſt ens primū ⁊ nobiliſſimū: er-
go nō eſt corporeꝰ q2 corporea non ſunt
nobiliſſima: ſ3 eſt ſpūs imortalis ⁊ mul-
to imo infinite preclariora ařa. Si autē eſt
ſpūs immortalis: intelligit ⁊ amat: ergo
intelligēdo ꝓducit verbū ⁊ amādo ſpi-
rat amorē. Quod verbū ⁊ quē amorē op3 di-
ſtingui abinuicē: quia vnum eſt ab alio. ſ.
ꝛ pre anguſtia ſpirit⁹ gemẽtes. Sed con
C tra. Nã cũ omne gaudiũ diminuat dolo-
rem vt pꝫ. vij. Ethi. tantum poſſent ali-
quas dãnati multiplicari inimici ꝙ ei⁹
dolor q̃ intenſiue finit⁹ eſt totaliter dele-
retur:quod eſt cõtra diuinaꝫ iuſtitiã ſol.
Sicut in hac vita penitẽtes dolẽt ꝛ gau-
dent de dolore:ita damnati gaudent de
penis inimicoꝝ:ꝛ de ipſo gaudio magis
dolẽt ꝛ p̃cipue ſi preſtiterũt eis cãm dam
natiõis. Hec ille. Qui ſentit ꝙ de illis pe
nis gaudent ſm qd:ꝛ ſimpliciter dolẽt.
¶ Queri etiã põt vtrũ dãnati vellẽt oẽs D
alios etiam ſuos parẽtes eſſe dãnatos.
Uide. s. Th. quodl. viij. ar. vij. o. Itẽ. iiij.
di. l. q. ij. ar. j. q. iij. o. Et vtrum aia ſepa-
rata poſſit igne corporeo cruciari. Uide
iiij. diſt. xliiij. q. x. ar. ij.

Dñica. ij. poſt feſtũ Trini.

Queſtio. xlvij.

Queritur vtruꝫ homines pctõ
res maxime infideles ſint ad
bonum ꝯpellendi ſm qd hic
dr. Exi in vias ꝛ ſepes ꝛ com-
pelle intrare. Reſpondeo inſi
deles qui nunq̃ fidem ſuſceperunt vt gẽ
tiles ꝛ iudei nullo mõ compellendi ſunt
ad bonum fidei vt credent:qꝛ credere eſt vo
luntatis eſt. Unde in decretis di. xlv. ſic
dr. De iudeis precepit ſancta ſynod⁹ ne-
minem decetero ad credendum vim in-
ferre. Sunt tñ ſi facultas adeſt cõpellen E
di ne fidẽ impediãt blaſphemijs vel per
ſuaſionibus vel perſecutionibus pter
que fideles contra eos bellum mouent:
non vt eos credere cogant: quos relin-
querent in ſua libertate credendi: etiam
ſi eos captiuos haberent. Sed infideles
qui quãdoqꝫ fidem ſuſceperunt ꝛ pfiten-
tur vt heretici ꝛ apoſtate:ſunt etiam cor-
poraliter compellendi vt impleãt quod
promiſerunt:vt de iudeis dr vbi. ſ. ſed cõ
tra. Prio Nã paterfamilias Matt. xiij.
phibuit zizania colligi vbi dicit Chryſ.
Hec dicẽs phibet occiſiones fieri. Nec
enim opꝫ interficere hereticum:qꝛ ſi eos
occideritis neceſſe eſt multos ſanctoꝝ
ſimul ſubuerti. Ergo pari rõne videt qd
nõ ſint aliqui infideles ad fidem cogẽdi.
Sol. Quidem intellexerunt ibi phiberi
nõ excommunicationem:ſed occiſioneꝫ F
hereticoꝝ vt pꝫ ex autoritate Chry. in-
ducta. Et aug. ad Uin. de ſe dt. Hec p̃mi
tus mea ſnia erat neminẽ ad vnitatẽ xpi
eẽ cogẽdũ:v̾bo eẽ agẽdũ diſputatiõe pu-
gnãdũ:ſꝫ hec opinio mea nõ cõtradicen
tiũ v̾bis:ſꝫ demõſtrantium ſuperat exẽ-
plis. Legũ eñ terror ita pfuit vt multi vi-

cant grãs dño: qui vincula nr̃a dirupit.
Quõ antem debeat intelligi illud. Sinite
vtraq̄ creſcere apparet ex hoc qđ ſubdi-
tur. Ne forte eradicetis ſimul ⁊ triticuꝫ.
Aug. ꝯtra epl̃am Parmeniani. Cũ metꝰ
iſte non ſubeſt. i. quãdo ita cuiuſq̄ crimẽ
notũ eſt: ⁊ oibꝰ execrabile apparet vt vl
B nullos prorſus vel nõ tales habeant de-
fenſores per quos poſſit ſciſma cõtinge-
re. nõ dormiat ſeueritas diſcipline ſecun-
do. Nã ſ̃m Aug. cetera poteſt hõ nolẽs.
credere ṽo nõ niſi volẽs. Sꝫ volũtas co-
gi nõ põt. Ergo nõ ſunt cogẽdi infideles.
Sol. Sicut vouere volũtatis: ſed reddere
neceſſitatis eſt: ita volũtatis eſt accipere
fidẽ: ſꝫ neceſſitatis acceptã tenere. Ideo
compellẽdi ſunt heretici vt fidẽ teneãt.
Tertio. Nam Ezech. xviij. dr̃ ex perſona
dñi. Nolo mortẽ ⁊c. Sꝫ nos debemꝰ no-
ſtrã voluntatẽ ꝯformare diuine ⁊c. Sol.
Sicut dicit Augu. in epl̃a ad bonifaciuꝫ
comitẽ. nullus noſtrũ vult aliqueꝫ here-
ticũ perire: ſed dr̃ ꝙ nõ meruit habere pa-
cẽ domꝰ dauid: niſi filiꝰ eius Abſalon in
bello qđ cõtra pacẽ gerebat fuiſſet extin
H ctus. Sic eccl̃ia catholica ſi ex aliquoꝝ
perditiõe ceteros colligit: dolorẽ mater-
ni ſanat cordis tãtoꝝ liberatiõe ꝑploꝝ.
Hec oia. s. Tho. ij. ij. q. x. art. viij. Arguit̃
etiã ꝑ rõnes eoꝝ q̄ tenent pueros infide
liũ inuitis parẽtibꝰ baptizandos. Uide
Cap. iiij. di. v. ⁊ vj. q. j. concluſione. j.
¶ Queri etiã põt. vtrũ iſta q̄ parata ſunt
in cena patrisfamilias. i. in beatitudine
ſint bona corporalia? Uide. j. ij. q. iiij. ar.
vij. Et vtruꝫ voluntati poſſit inferri vio-
lentia? Uide. j. ij. q. vj. ar. iiij.

Dñica. iij. poſt feſtum Trinita.

Queſtio. xlviij.

Queritur vtruꝫ angeli plus
gaudeãt ſuper vno pctõre
pniam agente q̄ ſupra no-
naginta nouẽ iuſtis? Rñ-
deo. Angeli ſup penitẽtes
pnia gaudent. pmo: qꝛ vi
I dẽt ſue cuſtodie fructũ. Scđo qꝛ vidẽt eo
rũ numerũ ac ruinam repari. Tertio: qꝛ
ex amplitudine charitatis letãtur ſic in
laudãdo deũ habere ꝯſortiũ: cũ prius ſo-
li laudarẽt: iuxta illud Job. iij. Ubi eras
cum me laudarẽt aſtra matutina. i. ange-
licet iubilarent oẽs filij dei. Imo dicit. s.
Bona. ſuper Luc. eos gaudere de pnia
pctõꝝ propter ſeptẽ. Primo qꝛ deſtruit̃
culpa. Scđo: qꝛ recuperatur iuſtitia. Ter
tio qꝛ confutat̃ demonũ ſuꝑbia. Quarto
qꝛ efficax inuenitur angeloꝝ cuſtodia. K
Quinto qꝛ reparat̃ eccl̃ia. Sexto qꝛ pla-
cat̃ ira diuina. Septimo quia reſtaurat̃
hierl̃m ſuꝑna. Angelos autẽ plus de di-
cta pnia q̄ de nonaginta nouẽ iuſtis gau
dere: dupl'r põt intelligi eſſe vex. Primo
intelligẽdo ꝑ pniam humanã redẽptio-
nẽ: ⁊ ꝑ pctõrẽ penitẽtẽ genus humanuꝫ:
qđ dei amicitiã merito ſue redemptiõis
recuperat: ⁊ ꝑ. xcix. iuſtos intelligẽdo an
geloꝝ vniuerſitatẽ: ⁊ etiã aliarũ creatu-
raꝝ. Sic em̃ deꝰ plꝰ ſuꝑ hoc gaudet. Tũ
qꝛ eſt maiꝰ bonũ icludẽdo in gñe hũano
ipm redẽptorẽ cuiꝰ humanitas vt vnita
ṽbo eſt magis dilecta q̄ oẽs angeli. Tũ
qꝛ aliquã rõnẽ gaudij hꝫ in hoc quã nõ
hꝫ in alijs. Tũ qꝛ ĩ cã pnie hũani gñis. i.
in eiꝰ redẽptione: q̄ facit eiꝰ pniam acce
ptã: eſt materia maioris gaudij q̄ ĩ alijs
opibꝰ eiꝰ. Nã ĩ ope redẽptionis plus eſt L
oꝑatus deꝰ q̄ in cõſeruatione totiꝰ mul-
titudinis celeſtis: quia hoc eſt manifeſta
tiuũ maioris potẽtie maioris prudentie
⁊ maioris mie. Maioris potentie: qꝛ ma
ximũ opus dei aliq̄ mõ eſt viuificare im-
piũ: vt ptꝫ. j. ij. q. ciij. ar. ix. in. c. Itē vnire
humanitatẽ deitati ꝑſonalr: qđ eſt mira-
culũ miraculoꝝ: vt dt̃. s. Tho. de potẽ. q.
vj. ar. ij. ad vltimũ. Maioris etiã pruden
tie: qꝛ prudẽtia eius ꝑcuſſit ſuꝑbũ. i. dia-
bolũ. Joã. xxij. Uñ dr̃ de Aug. Nec ſatia-
bat̃ dulcedine mirabili: cõſyderare alti-
tudinẽ diuini cõſilij ſuꝑ ſalute hũani ge-
neris. Maioris etiã mie: qꝛ genꝰ hũanũ
qđ dãnationem meruerat ſic ſubleuauit
vt nõ ſolũ ꝑ grãm ⁊ gloriã: ſꝫ etiã perſo-
naliter ſibi vniret in aliquo eius indiui-
duo. i. xp̃i humanitate. Luc. j. Per viſce-
ra mie dei nr̃i ⁊c. Scđo põt intelligi eſſe
verũ de ſingulis penitẽtibꝰ. Sup ſingu-
lo em̃ eoꝝ angelus plus gaudet. Tuꝫ qꝛ M
gaudiũ ſibi eſt magis nouũ: ſiue qꝛ hꝫ in
eo aliã rõnẽ gaudij. Tũ qꝛ eſt aliq̄n ferue
tior iuſto ⁊ cautior ⁊ humilior. Sꝫ 3. Nã
de melioꝝ magis eſt gaudendũ ſꝫ maiꝰ
bonũ ſunt. xcix. iuſti q̄ vnus penitẽs ⁊c.



So. Nõ plus gaudẽt angeli dei iſto vno
q̄ illis qꝛ ſit melior ſed ꝓpter nouitatem
rõnis gaudij. Uñ ceteris pibus magis
gaudẽt de melioꝝ: ſed ſecus ſi in minus
bono ſit aliq̄ rõ gaudẽdi ſpecialis. Tunc
em̃ aliq̄ mõ ẽ gaudiũ maius de minꝰ bo-
no. Si tñ penitẽs dr̃ genꝰ hũanũ: eſt ma-
B ius bonũ icludẽdo hũanitatẽ ṽbo ꝯiun-
ctã. Utrũ aũt penitẽtes ſemꝑ reſurgãt in
gradu eq̃lis vel maiori q̄ priꝰ habuerit?
vide Cap. iiij. di. xiiij. q. ij. concluſion. ij.
¶ Queri etiã põt vtrũ xp̃s gauderet q̄n
ouẽ ꝑditã ſuis humeris ipoſuit portãs
crucẽ. Uiđ. iij. q. xlvj. ar. viij. Et vtrũ ſuper
inuentione ouis ꝑdite ſit cõgaudenduꝫ:
oui ⁊ cõgratulandũ: vel paſtori. i. vtrum
magis gaudeat de bono eius ipſa ouis
vel paſtor? Uide. iiij. di. xlix. q. iij. ar. v. q.
iiij. vbi habes ꝙ de bono inferioris bea-
ti magis gaudet ſuperior q̄ ipſe inferior:
⁊ multo magis ipſe deus.

Dñica. iiij. poſt feſtũ Trini.

Queſtio. xlix.

H Queritur vtrũ eſſe primo
miſericordẽ ſit eſſe ſum
me ⁊ maxime virtuoſũ?
Rñdeo. Lꝫ mia vt ẽ do
lor de aliena miſeria ſẽ-
ſitiuꝰ ſit paſſio ⁊ nõ ṽtꝰ:
tñ vt ex diſplicẽtia appe
titꝰ itellectiui de malo alieno: eſt ṽtꝰ. Nã
rõ virtutis humane cõſiſtit in hoc ꝙ vir
tutes animi rõne regulent̃. Sed ꝓdictus
motus põt eſſe regulatꝰ rõne: ⁊ ſ̃m hunc
regulatũ rõne põt regularis motus in-
ferioris appetitus. Uñ dicit aug. ix. de ci-
ui. dei. ꝙ iſte motus animi. ſ. mia: ſeruit
rõni: q̄n ita prebet̃ mia: vt cõſeruet̃ iuſti-
tia: ſiue cũ indigẽti tribuit̃: ſiue cũ igno-
ſcat̃ penitẽti. Cũ aũt virtꝰ poſſit eſſe ma-
xima ſ̃m ſe ⁊ ꝑ cõparationem ad haben
tẽ mia eſt maxia ṽtꝰ ſ̃m ſe qꝛ ad ipſam ꝑ
tinet effundere alijs: ⁊ defectus alioꝝ
ſubleuare: qđ maxime eſt ſuꝑioris. Unde
I miſereri ponit̃ ꝓpriũ deo: ⁊ in hoc maxi
me dr̃ eius oĩpotentia manifeſtari: non
aũt eſt maxima quo ad hñtẽ niſi ille eſſet
maximus nullũ habẽs ſupra ſe. qꝛ haben
ti aliquẽ ſupra ſe maius ⁊ melius eſt ꝯiũ
gi ſuꝑiori q̄ ſupplere defectũ inferioris.
Et iõ quãtũ ad hoiem q̄ hꝫ ſuꝑiorẽ deuꝫ:
charitas qua deo vnit̃: ẽ potior mia qua
ꝓximoꝝ defectus ſupplet̃. Inpariũ eſt ma
xima inter oẽs ṽtutes ꝑtinẽtes ad proxi-
mũ: ſicut etiã eſt potioris actus: quia ſup
plere defectũ alterius inquãtũ hmõi: eſt
ſuꝑioris ⁊ melioris. Sꝫ ꝯtra pmo. Naꝫ
maxime ꝑtinere vr̃ ad virtutẽ cultꝰ diui-
nus. Sed mia ꝓfert̃ cultui diuino ſcđm
illud Oſee. vj. ⁊ Mat. xij. Miaꝫ volo ⁊c. K
ergo eſt maxima ṽtus. Sol. Deũ nõ coli-
mus per exteriora ſacrificia aut munera
ꝓpter ipſum: ſꝫ ꝓpter nos ⁊ ꝓximos/ qꝛ
deus illis nõ indiget/ ſed vult ea offerri
propter noſtrã deuotionẽ ⁊ ꝓximoꝝ vti-
litatẽ. Et iõ mia qua ſubuenit̃ defectibꝰ
alioꝝ eſt ſacrificiũ ei magis acceptũ/ vt-
pote ꝓpinquius inducẽs vtilitatẽ proxi-
moꝝ/ ſ̃m illđ ad Heb. vlt. Beneficẽtie ⁊c.
Scđo. Nã ſuper illud. j. Tim. v. Pietas
ad oĩa vtilis eſt. dicit gl. Amb Oĩs ſum-
ma diſcipline xp̃iana in mia ⁊ pietate eſt.
Sed diſciplina xp̃iana ꝯtinet oẽm virtu-
tem. ergo in mia eſt ſumma totiꝰ ṽtutis
Sol. Summa religionis xp̃iane cõſiſtit
in mia quãtũ ad opa exteriora/ interior
tñ charitatis affectio qua deo ꝯiũgimur
preponderat dilectioni ⁊ mie in ꝓximos
Tertio. Nã tãto virtꝰ eſt melior quanto
facit deo ſimiliorẽ. qꝛ tãto facit melioreꝫ. L
Sed hoc maxime facit mia qꝛ vt dr̃ ĩ Pſ.
Miſerationes eiꝰ ſuꝑ oĩa opa eius. So.
Per charitatẽ aſſimilamur deo tanq̄ ei
ꝑ affectum vniti/ ſed ꝑ miam ꝑ ſimilitu-
dinem operatiõis/ ideoq̄ illa eſt potior.
Hec oĩa. ſ. Tho. ij. ij. q. xxx. ar. iij. ⁊. iiij. Et
nota ꝙ id primũ intendit dicere: ꝙ mia
prefertur quidem alicui diuino cultui: ſꝫ
non omni qꝛ nõ ꝓfertur ſibiipſi q̄ ꝑtinet
ad illum cultum/ qꝛ dari indigenti eſt ſa-
crificare deo.
¶ Queri etiã põt vtrũ in deo ſit mia. vi-
de. j. q. xxj. ar. iij. Et vtrũ premium qđ no-
bis reddetur ſit cõmenſuratum merito.
Uide. j. ij. q. cxiiij. arti. in. c.

Dñica. v. poſt. feſtum. Trini. M

Queſtio. l.

Queritur quid melius et deo
gratius ſit/ vel impendere cu-
ram periculariter ſaluti huiꝰ
vel illius. aut laxando retia
predicationis docere ſacram

ſcripturā:ſeu per ſtudiū ſe diſponere ad
docendū. Et poſito ꝙ melius ſit docere.
q̄rit̄ q̄d ſit melius: docere verbo vel ſcri-
pto? Rn̄deo. s. Tho. j. qdl. q. xij. art. ij. q̄-
rit vtrū peccet q̄ pōt aiarū ſaluti curam
ip̄ēdere: ſi circa ſtudiū tp̄s occupet: ⁊ ſic
dicit Simpl̄r meli⁹ ⁊ magis meritorium
B eſt docere ſacrā ſcripturam bona inten-
tione: vel ad hoc ſe per ſtudiū diſponere
ꝙ̄ ip̄endere curā particularē ſaluti huiꝰ
vel illiꝰ. Nā in oī artificio melior eſt di-
ſponens de artificio ⁊ architector: q̄ ma
nualis exequens diſpoſita. vn̄ ille maior
mercede conducit̄: lȝ nihil operet̄ manibꝰ.
Sed i edificio ſpūali ſunt q̄ſi manu opa-
rij, q̄ particulariter inſiſtunt cure aīarū
puta miniſtrādo ſacr̄a vel aliquid hm̄ōi
particulariter agēdo: ſȝ epi iperātes ⁊ di
ſponētes qual̄r illi operent̄ ſunt quaſi ar
chitectores. Propter q̄d et dicunt̄ epi. i.
ſup intendentes ⁊ docētes qual̄r alij de
beāt ſalutē aiarū pcurare. Vn̄ ⁊ apl̄s de
ſe dt. j. Co. j. Nō eñ miſit me xp̄s baptiza
re ſȝ euangelizare q̄uis baptizare ſit opꝰ
maxime ꝯferens ſaluti aiarū. Ipſa ēt rō
demōſtrat ꝙ meliꝰ eſt erudire de ptinēti
bus ad ſalutē eos q̄ ⁊ i ſe ⁊ i alijs pficere
pñt q̄ ſimplices qui pficere pñt in ſe tm̄.
In aliquo tn̄ caſu neceſſitate imminēte de-
berent epi ⁊ doctores itermiſſo proprio
D offō particulariter intēdere ſaluti aiarū.
Nihil eñ phibet q̄d ſimpl̄r eſt meliꝰ: vt
philoſophari q̄ ditari ⁊ margarita q̄ pa
nis: in aliquo caſu eſſe minus eligendū
vt tp̄e neceſſitatis ⁊ famis: ſm̄ illud hie-
remie. iiij. Dederūt queq̄ p̄tioſa p cibo.
Sȝ ꝯtrapzio. Nulla eñ eſt grauior iactu
ra q̄ tp̄is. Ergo nō dȝ aliq̄s totū tp̄s in
ſtudio expendere: differens curā aiarū.
Sol. Nullā patit̄ tp̄is iacturā que opat̄
q̄d melius eſt docēdo ſcripturā vel ſe ad
hoc p ſtudiū diſponēdo. Hec. s. Tho. cū
multis alijs. Ex his aūt ptȝ ad primum
q̄ſitū hoc tn̄ notādo ꝙ. s. Tho. nō loquit̄
de eo q̄ ſtudet q̄dem in theologicis: ſȝ nō
vt doceat v̄bo aut ſcripto: ſȝ vt ſciat ⁊ in
ipſo letetur de deo ſȝ de eo q̄ ſe p ſtudiū
I diſponit vt doceat hȝ vt dicente cauſam
finalē. Hic aūt eſt actiua ille v̄o cōtem
platiuus. vt ptȝ. ſ. ij. q. clxxxj. ar. iij. in cor
pore. Et ad inuicem in merito cōparant̄

eo mō quo vita mere cōtēplatiua ⁊ acti-
ua veniens ex plenitudine cōtemplatio
nis de quo vide. ij. ij. q. clxxxij. ar. j. in cor.
Ad ſcōm aūt q̄ſitū dico vt ptȝ ex dictis. s.
Th. in hac q̄ōne. ꝙ meliꝰ eſt ſimpliciter
docere ſcripto q̄ v̄bo: q̄r docēs v̄bo vt in
pluribus docet ſimplices tm̄ in ſeipſis
pficiētes: docēs autē ſcripto docet etiam
futuros doctores et ſi vterq̄ doceat do-
ctores futuros [vt docēs v̄bo in ſcholis
aut alibi] adhuc melius eſt docere ſcri-
pto: q̄r hec doctrina eſt vniuerſalior ⁊ du
rabilior. Et eadē rōne ſimpl̄r meliꝰ eſt do
cere futuros doctores v̄bo in ſcholis: q̄
ſimplices i eccl̄ia: lȝ illi ſint plures: q̄r ſi-
cut docēs in eccl̄ia eſt architectꝰ reſpectu
particulariter ſalutē aiaꝝ pcurātiū ita do-
cēs i ſcholis reſpectu docētiū i eccl̄ia eſt
architectus: q̄r docet qual̄r doceant. Et
ꝯñr eſt pricepſ totiꝰ fructꝰ coꝝ quos do
cuit. ſm̄ illud. Gal. vj. Cōicet. aūt is q̄ ⁊c.
¶ Queri etiā pōt: Vtrū docere ſit actus
vite actiue aut cōtēplatiue? Vide. ij. ij. q.
clxxxj. ar. iij. Et vtrū doctor vel p̄dicator
hēat a deo in p̄ria p̄miū ſpāle. i. aureolā A
q̄ñ ppter inanē gloriā p̄dicat nō laxās re
tia in capturā: ſed ſuſpendens in vētum?
Vide. iiij. diſtin. xlviij. q. v. arti. iij. q. iij. et
quodlib. v. q. xj. arti. j.

¶ Dn̄ica. vj. poſt feſtū Trini.

Queſtio. lj.

Queritur vtrum recōciliatio
fratris ſemp ſit faciēda añ
oblationē ſacrificij? Rn̄deo
ꝙ ſic: ab eo q̄ fecit iniuriā ſi
fratris p̄ſentia hēri poſſit:
q̄r al̄r nō vr̄ q̄uō poſſint v̄-
ba ſaluatoris habere locū. ſ. Vade prius
recōciliari fra. ⁊c. Si v̄o eſt abſens ſuffi-
cit ad eum ire pedibꝰ mentis: ſm̄ Augu.
de ſermone dn̄i in monte dicētem. Per-
gendum eſt nō pedibus corporis: ſȝ mo- M
tibus animi: vt te humili affectu proſter-
nas fratri ad quē chara cogitatione cō-
curris in cōſpectu eius cui munꝰ oblatu
rus es. Sicut eñ deꝰ iuſtificat ꝯtentem
voto ⁊ deſyderio: ſic acceptat munus re-
cōciliātis fratrē deſyderio: ⁊ ſi nōdū fa-
cto. Qui aūt ſuſcipit iniuriā ſm̄ Alex. de
ales. ſ. iij. recōciliationē q̄rere nō dȝ debi
to neceſſitatis. Vn̄ dt Aug. vbi. ſ. Nō re-



niaȝ poſtulabis ab eo q̄ tibi iniuriā fecit
ſed tn̄ dimittas. ſicut tibi a dn̄o dimitti
cupis q̄d ipſe cōmiſeris. Dȝ aūt eaȝ q̄re-
A re debito honeſtatis / vt gloriā duplicē
cōſequat̄: ſicut dicit Chry. Vnam q̄r iniu-
riatus eſt: aliā q̄r prior rogauit. Sed ꝯ vr̄
ꝙ ſemp ſit faciēda añ. Nā maiꝰ eſt dānū
allatū in bonis aīe ⁊ ſpūalibus cōtriſtan
do ſpm̄ fratris aut dehonorando illū: q̄
illatū in bonis fortune: ſicut ⁊ illa bona
potiora. Sed ſtante damno ſcd̄o: nunq̄
deus acceptat ſacrificiū vel aliud opus
bonum de manu dānificatoris / q̄r ſemp
ſtat eiꝰ pctm̄: eo ꝙ nō remittit̄ pctm̄ niſi
reſtituat̄ male ablatū: extra de reg. iur. li.
vj. Ergo multo fortius neceſſitāte damno
primo. Sol. Dānū in bonis fortune du-
pliciter ſtat. ſ. i effectu q̄diu. ſ. nō eſt emē-
datū / ⁊ in affectu. ſ. q̄diu nō eſt delibera-
tio emēdādi. Regula ergo loquit̄ in ſcd̄o
ſenſu: nō aūt in prio. q̄r deus parcit ſi q̄s
deliberat reſarcire dānum: q̄d tn̄ adhuc
nō emendat ex iuſta cā puta impotētia ⁊
hm̄ōi. Si eñ deꝰ vellet reſtituere eū q̄ ne-
q̄t: obligaret ad ipoſſibile: ꝯ aliā regulā
B iuris ibidem. ſ. Impoſſibilium non eſt
obligatio. Eſt aūt ſimile de alio damno.
¶ Queri etiam pōt an iraſci fratri ſemp
ſit pctm̄? Vide. ij. ij. q. clviij. ar. ij. ⁊ iij. Et
vtrum conuenienter gradus ire a dn̄o
aſſignentur. vide. ij. ij. q. clviij. ar. vij. in. c.

Dn̄ica. vij. poſt feſtum Trini.

Queſtio. lij.

Queritur quot modis xp̄s po
terat turbā magnam panibꝰ
ſatiare in deſerto? Rn̄deo.
Natura et ars nihil facere
pñt niſi vno mō. ſ. natura al-
terando materiā pductā a deo / ⁊ ars al-
terando ⁊ diſponēdo materiā productā
a natura vel ſaltē a deo. Nā omne agēs
ſm̄ ſicut actionē ita ⁊ effectū prioris pre-
ſupponit in q̄d agat. q̄r cum nō ſit purus
actus nō pōt ſe toto agere / ⁊ ꝯñr nec to-
tū q̄d eſt in ſuo affectu pducere. Deꝰ aūt
pōt rem cōpoſitā: quicq̄d ſit de ſimplici
C quatuor modis facere. Primo totaliter
creādo: ita ꝙ nihil rei facte preexiſteret
factioni ſicut fecit celū. Et ſcd̄o alterādo
eo mō quo agens naturale ita ꝙ factio-
ni rei p̄exiſtat q̄dā rei fiende materia ſed

non forma. ſicut ex virga aaron pduxit
fructus. Nume. xvij. c. Et tertio cōuertē-
do materiā rei in aliā rem iam p̄exiſtētē
ita ꝙ factiōi preexiſtat materia ⁊ forma D
rei fiende / ſȝ nō fit eo mō quo eſt poſt fa-
ctionē ſicut natura ex alimētis facit car-
nes preexiſtentes inquantū illas auget
conuerſa noua materia in carnes / q̄r q̄d
pōt effectiue deus facere per naturā pōt
etiā immediate efficere p ſeipſum. Et ſic
fecit etiā conuertendo aliquā materiā in
carnē ⁊ os que erat in coſta Ade. vel ſal-
tem in os / vt pȝ. j. q. xcij. ar. iij. ad primū.
Et quarto cōuertendo in rem preexiſtē-
tem / nō ſolū materiā / ſed etiā formā alte
rius rei exiſtentis cōuertendo totā rem
vnā in totā aliā: ſicut cōuertit totū panē
q̄tū ad materiā ⁊ formā in totū corpus
xp̄i / vt ptȝ. iij. q. lxxv. arti. iiij. in. c. Quod
aūt deus hoc poſſet q̄uis ſancti hoc do-
ceant tn̄ ſic naturali rōne pbatur. Nam
cū oē agens agat inquātū eſt actu: agēs
naturale vel creatū: propter hoc nō pōt
agere niſi ad immutationē forme / q̄r in E
ſuo actu eſt determinatū / vtpote exiſtēs
determinati generis ⁊ ſpeciei / ⁊ cōſequē
ter eius actio non fert̄ niſi ſuper aliquē
actum determinatū / ⁊ cōſequēter ſuper
formā tantū qua ſit determinatio in eſſe
actuali. Igitur ſicut ſe hȝ agens creatum
ad tranſmutandū ſm̄ formā qua q̄d de-
terminatur in eſſe actuali: ita ſe hȝ in-
creatū ad tranſmutandū totam entis na
turam. ſ. materiā ⁊ formam / q̄r eſt actus
infinitꝰ. Igit̄ ſicut agens creatū perfice-
re pōt cōuerſionem formalē. i. ſm̄ formā
ita pōt increatum perficere ſubſtantialē.
i. ſm̄ totam ſubſtantiā rei. Igit̄ xp̄s pote
rat in deſerto cū eſſet deus quatuor mo
dis turbā panibꝰ ſaturare. Primo creā-
do panes / ⁊ ſcd̄o alterādo aliquā mate-
riam ad nouam formā panis. Et tertio
adducēdo aliquā materiā ad formā pa-
nis p̄exiſtētē. Et q̄rto cōuertēdo lapides
vel aliq̄d tale in panes. Potuit aūt eiſdē
quatuor modis replere ſtomachū turba
rum / ⁊ vlterius etiā. Quinto modo. ſ. ro- F
refaciēdo panes paucos. i. nullā adden-
do ſubſtantiā. ſed augendo quātitatem.
Eo enim caſu fuiſſent repleti / quia reple
re eſt quantitatis / ſed non ſatiati / q̄r ſa-

tiare appetitū cibi eſt exhibere aliq̄d vn
de nutriat̄ corpus ⁊ reſtauret̄ qđ reſolu-
tum eſt per calorē naturalē qđ quātitas
G facere nō poteſt: alioqui poſſet q̄s nutri
ri ſphera mathematica ſi hanc degluti-
ret. ¶ Sed ꝯ predicta arguo ꝙ quartus
modus ſit impoſſibilis. Si eñ totꝰ lapis
tranſiret in totū panē: eſſet ibi aliqđ ſub-
iectū vtriuſq̄ / q2 in omni mutatione opꝫ
eſſe ſubiectum qđ prius ſit in potentia:
poſt vero in actu: cū motus ſit actꝰ exiſtē
tis in potētia. iij. phyſi. Sꝫ hoc nō eſt ibi
aſſignare. ergo ⁊c. So. Procedit hec ob
iectio de mutatione formali / q2 propriuꝫ
forme eſt in materia vel ſubiecto eē. Nō
autē hꝫ locum in cōuerſione totius ſub-
ſtantie. Unde cū hec cōuerſio ſubſtantia
lis importet quēdā ordinē ſubſtantiarū
quarū vna conuertitur in alterā: eſt ſicut
in ſubiecto in vtraq̄ ſubſtātia: ſicut ordo
⁊ numerus. Uide de his oībꝰ. iij. q. lxxv.
ar. iiij. Scđo. Nam data poſſibilitate di
cti modi: nō ſequit̄ ꝙ xp̄s potuiſſet inde
ſatiare turbas / q2 etiam ſi totum mundū
H cōuertiſſet in ſeptē panes illos non fuiſ-
ſent maiores quātitate nec ſubſtātia: ſi-
cut corpus xp̄i non creſcit ex cōſecratio
ne panis. Sol. Iſte quartus modus ſub-
diuidi poteſt in quatuor. Primus eſt cō
uertendo in illos ſeptē panes exiſtentes
alia corpora puta lapides. Scđs eſt con
uertendo lapides vel aliud in panes no
uos: ita ꝙ totū tranſiret in totū: ſicut poſ
ſet cogitari vxor Loth trāſiuiſſe in ſalem
nouum qui prius non erat. Tertius mu-
tando materiā lapidis ad formam noui
panis: ſine quacunq̄ alteratione vel di-
ſpoſitione media preuia / ſed cū diſpoſi-
tione que eſt naturalis ſequela. Quartus
eſt conuertendo illos panes in lapides
magnos / ⁊ rurſus illos lapides i panes
maiores prioribus. Eo enim caſu ſatia-
ti ex maioribus panibus dicerentur ali-
qua ratiōe ſatiati ex prioribus. q2. ſ. ſatia-
ti eſſent ex illis in quos ſunt conuerſi la-
pides in quos erāt cōuerſi primi panes.
De primo aūt horum nō eſt dubiū. q2 eſt
ſanctorꝫ ſimiliter nec de tertio: q2 ſi deus
poteſt producere formā cum materia ſi-
mul ſine preuia diſpoſitione / vt pduxit
celum pōtētiaꝫ pducere formā. Sed de
alijs eſt dubium ⁊ ſi eſt poſſibilis vnus.
eſt ⁊ reliquus / q2 ſequens includit prio-
rem in ſecunda conuerſione. Et quidem
ſi ſolus primꝰ horum modorū eſt poſſibi K
lis argumentum concludit. Si autē poſ-
ſibilis eſt aliquis aliorum duorum id eſt
ſecundi ⁊ tertij: ſic ſtat quartꝰ modus ſa-
tiandi in deſerto non ex illis ſeptem pa-
nibus / ſed ex panibus multis. Si autem
poſſibilis ſit vltimꝰ ſic erit ſaturatio ali-
quo modo ex eiſdem.
¶ Queri etiam poteſt ſicut queſitum eſt
dominica. iiij. in quadrageſima.

Dñica. viij. poſt feſtum Trini.

Queſtio. liij.

Queritur vtrū arbor bona. i.
voluntas bona poſſit facere
re malum fructuum. i. malā
actionem. Rñdeo ex doctri
na. s. Tho. ij. diſt. xxxix. q. ij.
ar. ij. Cum voluntas feratur in finem vl-
timum vt eſt intendēs ⁊ in finē proximū.
i. obiectum ordinatum in finē vltimum:
vt eſt eligens: voluntas mala vt eſt inten L
dens ſemꝑ facit malum fructuꝫ / q2 eius
finis malus eſt. Sꝫ tñ voluntas bona vt
intendēs non propter hoc neceſſario fa
cit bonū fructum / vt ſi obiectum proximū
ſit de ſe malū: puta fornicari. Bonuꝫ eñ
ſm̄ Diony. eſt ex totali ⁊ integra cauſa:
malum autē ex ſingulis defectibus. ſicut
pulcher homo nō eſt niſi habeat oīa mē
bra pulchra. turpis aūt đr ſi oīa ſint pul-
chra preter oculum vnū: ſm̄ quē ſit ſtra-
bo. Sed voluntas bona ſm̄ ꝙ eſt eligēs
non pōt facere fructum malū. Nā ſi ele-
ctio eſt bona: opꝫ eſſe cōſiliū bonum: qđ
electionē precedit. Et ſi cōſiliū eſt bonū:
vt pꝫ. vij. Et hic. primo finis eſt debitus.
q2 nō đr cōſiliarius bonus ad malū finē
inueniens vias efficaces. Et ſcđo id per
qđ intendit conſequi finēꝫ eſt bonum / q2
nō eſt bonus cōſiliarius qui bonū finem
medio incōuenienti conſequit̄. Et tertio
tp̄s debitū: ita qđ nec tarde nec p̄cipitā-
ter cōſiliās cōſiliat̄. Lꝫ hoc tertiuꝫ perti M
neat ad bonitatē ꝯſilij: vt eſt in rōne: alia
vo duo ex pte rei cōſiliabilis. Et ſi bonꝰ
eſt finis ⁊ id qđ ordinat̄ in finē: bona eſt
actio. Sꝫ cōtra vr̄ ꝙ ſimplr̄ ex voluntate
eternis indicent̄ boni vel mali / q2 nō pōt



arbor bona fructꝰ malos facere ⁊c. Sol.
Saluator cōparat arbori voluntatē ſm̄
ꝙ eſt eligēs / q2 ex electiōe imediate ſeq-
A tur actꝰ: ſicut ex arbore imediate fructꝰ.
Sine ſub alijs v̄bis cōparat arbori bone
volūtatē bonā ſm̄ ꝙ eſt bona ex actu vo
lito ⁊ fine intēto / vt dicit. s. Th. j. ij. q. xix.
¶ Queri etiam pōt vtrū fructus malus
arboris male habeat rōnē peccati / ⁊ con
ſequenter ſit ei cā excisiōis ⁊ cōbuſtiōis.
Uide. j. ij. q. xxj. ar. j. Et vtrū vnus ⁊ idem
fructus poſſit eſſe vtriuſq̄ arboris id eſt
bonus ⁊ malꝰ Uide. j. ij. q. xx. ar. vltimo.

Dñica. ix. poſt feſtum Trini.

Queſtio. liiij.

Queritur vtrū liceat hūc vil-
licum imitari faciendo elee-
moſynam de illicite acquiſi-
tis. Rñdeo. Tripliciter ali-
q̄d eſt illicite acq̄ſitū. Primo
q2 debet̄ ei a quo acq̄ſitū eſt vt in furto: ra
pina / ⁊ vſura. Scđo q2 lꝫ nō debeat̄ ei a
quo acq̄ſitū eſt: tñ acq̄rens illud retinere
nō pōt / q2. ſ. vnꝰ dedit ⁊ alter accepit cō-
tra iuſtitiā vt in ſimonia. Tertio q2 lꝫ acq̄
B ſitio ſit licita: illicitū tñ eſt id quo acq̄rit̄
ſicut pꝫ de eo qđ p meretriciū acq̄rit mu
lier qđ ꝓprie đr turpe lucrū. Agit eñ iniu
ſte meretrix meretricinā do: ſꝫ nō merce-
deꝫ p meretricio accipiēdo igit̄ de primo
eleemoſyna fieri non pōt: q2 homo tenet̄
illud reſtituere niſi ſit incertū cuius ſit q2
tunc nō ſolū lꝫ: ſed neceſſariū eſt illud in
eleemoſynas erogari vl̄ ipſi hñti ſi indi
getia ſuo cōfeſſore ſeu p̄lato vel alteri / et
hoc ab ip̄o vel a ꝯfeſſore vel a p̄lato ſuo.
De ſcđo aūt eleemoſyna fieri đꝫ q2 illud
non pōt teneri: nec đꝫ reſtitui ei q̄ dedit.
Et ſil̄e eſt de alijs in quibꝰ datio ⁊ acce-
ptio eſt cōtra legē. De tertia aūt fieri pōt:
lꝫ nō ſit debitū neceſſitatis / q2 tale ē effe
ctū ꝓpriū / ⁊ p̄t retineri: nō tñ de acq̄ſito
p meretriciū ſit ſacrificiuꝫ vel oblatio ad
altare. Tū pp ſcādalū. Tū pp ſctōꝝ re
uerentiā. Sꝫ ꝯtra vr̄ ꝙ poſſit fieri de illi
cite acq̄ſitis q2 hoc eſt ꝯſiliū xp̄i dicētis.
Facite vobis amicos ⁊c. vbi dicit gloſſ.
C Iniq̄tas bene diſpēſata in iuſtitiā verti-
tur. Sol. Mammona iniq̄uitatis dicunt̄
diuitie acquiſite illicite / ſꝫ tñ licite deten
te. Uel dicuntur diuitie licite acquiſite ſꝫ
tñ q̄ frequenter ſunt cā iniq̄tatis ⁊c. vt in
expōne dictū eſt. Scđo. Naꝫ q̄cūq̄ videt
exiſtētem in extrema neceſſitate: ei oīno
ſubuenire đꝫ. Sed nihil hñs niſi illicite
acquiſitū: licite iuuat taleꝫ ergo ⁊c. Sol. D
Si talis tali daret: non daret de alieno.
q2 in neceſſitate extrema oīa ſunt cōia.
¶ Queri etiā pōt / vtrꝫ clericꝰ hñs a dño
i. xp̄o villicationē: peccet mortalr̄ nō dā-
do pauperibꝰ ſup̄flua iuxta intentioneꝫ
dñi ſui: vide. vj. qđli. art. xij. Et vtrum ſe-
quens opera pietatis poſſit damnari / vl̄
certe neceſſario recipiat̄ in eterna taber
nacula. Uide. iiij. di. xv. q. ij. ar. ij.

Dñica. x. poſt feſtum Trinita.

Queſtio. lv.

Queritur vtrū cognoſci poſſit
ex ſcripturis tp̄s viſitatiōis
hieruſalē qđ illa non cogno-
uit: Rñdeo. Ad probandum
xp̄m dñm iam veniſſe ⁊ viſi-
taſſe hierl̄m ⁊ plebē dñi. Primo induco
ꝓphetiaꝫ Jacob Gene. xlix. Nō auferet̄
ſceptrū de iuda / ⁊ dux de femore eius do E
nec veniat q̄ mittēdus eſt / ⁊ ip̄e erit expe
ctatio gētiū. Sꝫ modo ablatū eſt ſceptrū
regimē ⁊ dñatio a iudeis a tp̄e herodis
aſcalonite ſub quo natꝰ eſt Jeſus. Ergo
ab illo tp̄e venit xp̄s. Ad hoc rñdent ali
qui iudei ꝙ hec autoritas nō eſt intelligē
da de xp̄o ad literā / ſed de nabuchodo-
noſor rege babylonie q̄ miſſus eſt ex or-
dinatione diuina ꝯ hierl̄m propter pctā
ꝓpria / vt habet̄. iiij. Re. xxiiij. Ex tunc eñ
defecit regimen iudeoꝝ / q2 cepit ezede-
chiā regē / ⁊ excecaui euꝫ ⁊ filios eiꝰ occi-
dit / vt hr̄ ibidē ca. xv. Nec poſt aliq̄s de
ſemine eiꝰ regnauit. Sꝫ hoc dictū app̄et
falſum / q2 poſt captiuitatē babylonicam
habuerūt duces ⁊ p̄ncipes / vt pꝫ de zoro
babel / eſdra / Neemia / ⁊ Machabeis.
Habuerūt ēt reges / q2 Joānes hircanꝰ
ſimonis machabei filiꝰ īpoſuit ſibi dia-
dema regiū. Et ex tūc regnauit filij eius
vſq̄ ad Herodē qui fuit aſcalonita ⁊ ab
alienigena gente. Et iō vſq̄ ad illud tp̄s
nō fuit amotum omnino regnū iudeoꝝ.
Si autem dicatur ꝙ a tēpore Nabucho F
donoſor fuit amotū a tribu Juda de qua
amotione loquitur ꝓpheta predictꝰ / q2
illi qui poſtea regnauerūt fuerūt de alia

tribu.qꝛ machabei fuerūt de tribu ſacer-
dotali:non pōt ſtare hoc dictū/qꝛ zoro-
babel qui poſt captiuitatē babylonicam
G fuit eorum dux:fuit de tribu iuda/vt p3
manifeſte in multis locis ſcripture ſili-
ter machabei.qꝛ tribꝰ ſacerdotalis ⁊ re-
gia fuerūt mixte.Et ideo aliꝗ ſoluunt ali
ter:dicētes ꝙ intelligit de Roboam filio
Salomonis a quo receſſerūt decē tribꝰ
⁊ adheſerūt Jeroboam filio Nabath vt
habet.iij.Reg.xij.Sic ergo exponūt pre-
dictā autoritatē.Non auferet ⁊c. donec
veniat ſilo/⁊ eſt nomen loci/vt dicunt qꝛ
vbi Hieronymus trāſtulit mittēdus he-
braica veritas h3 ſilo.Ad illum autē lo-
cum venit Roboam vt conſtitueret rex
poſt patrē3/⁊ in illo loco receſſit populꝰ
iſrael ab eo ⁊ cōſtituerunt ſuper ſe Jero-
boam ꝗ erat de alia tribu.ſc3 ephraim/⁊
ſic tūc fuit ablatum ſceptrū de iuda.Ue-
rumtñ qꝛ ipſi filio Salomonis remanſe-
runt due tribus/ideo ſequit in hebraica
veritate.Et ei aggregabunt gentes vbi
Hierony.tranſtulit.Et ipſe erit expecta
tio gentium.Sed iſta reſponſio p3 falſa
H per tex.iij.Reg.xij.qꝛ ibi dr.ꝙ ille locꝰ in
quo Roboā fuit a populo derelictus vo-
catur ſichē.⁊ eſt locus bene remotꝰ ab il
lo loco qui vocat ſilo.Itē hmōi reſpōſio
precedēs ⁊ cōſimiles patent falſe ꝑ tranſ
lationem chaldaicam apud oēs iudeos
ita autenticā vt nullus ſit ei olim contra
dicere auſus.ſm quā vbi Hier.trāſtulit:
donec veniat qui mittendus eſt.Hebrai
ca veritas h3 donec veniat meſſias.Nā
id qđ erat obſcurū per hoc voluit decla-
rare.Et ſic p3 qđ predicta autoritas nō
poterat itelligi de nabuchodonoſor:nec
de Roboā:nec de aliquo alio ꝗ̄ de xp̄o.
Quod aūt ſequit in hebraico.Et aggre-
gabuntur ei gentes:ſic eſt intelligendū/
qꝛ iudei in aduentu xp̄i pro maiori parte
ſunt obſtinati in ſua infidelitate/⁊ genti-
les qui nomine gentiū deſignant aggre-
gati ſunt ipſi xp̄o fidem eius deuote ſuſci
pientes ſm ꝙ dicit apoſtolus.Rom.xi.
I Cecitas ex parte ⁊c.Quod autem tēpore
herodis ablatum eſt a iudeis ſceptrū:pa
tet qꝛ ipſe fuit primus alienigena qui re-
gnauit in Judea.Pater enim eius fuit
idumeus.Iſte herodes romanoꝝ auxi-
lio fretus/debellauit Antigonū regē iu-
deorum qui deſcēderat a machabeis/et
oēm prolem regiam occidit/⁊ libros de
analogia regū cōbuſſit.ne poſtea depre-
henderent alieni ipſe ⁊ filij eius a regno K
dauid.Interfecit etia3 in populo docto-
res qui docebāt illud Deut.xvij.De me-
dio fratrū tuoꝝ pones ſuper te rege3/vt
ſic auferret iudeis oēm viā recuperandi
ſceptrum.Quod etiā p3 per effectū qꝛ ab
illo tp̄e vſq3 nunc fluxerūt.m.cccce.anni
ad minus qꝛ tali anno incarnatiōis cor-
rectum eſt hoc opus.⁊ adhuc iudei vidē
tur magis a ꝑdicto ſceptro longinqui ꝗ̄
a principio.Cum igit ablatio ſceptri fue
rit ſignū eis predictū de aduētu xp̄i:ma-
nifeſte patet qđ illud impletum eſt tēpo-
re herodis quo regnāte natus eſt Jeſus
xp̄s.Et ſic patet ꝓpoſitum.ſ.ꝙ tp̄s incar
nationis ſit preteritū.Itē hoc idē probat
autoritate Aggei.ij.Hec dicit dñs.Ad-
huc vnū modicū eſt/⁊ ego mouebo celū
⁊ terrā/mare ⁊ aridā/⁊ mouebo oēs gen
tes/⁊ veniet deſyderatus cunctis genti- L
bus.Et infra.Magna erit gloria huius
domꝰ nouiſſime ꝗ̄ prime ſm oēs docto-
res hebreoꝝ habetur ꝙ iſte deſyderatꝰ
eſt meſſias.Patet igit per plura in auto
ritate predicta poſita:ꝙ tp̄s aduētus xp̄i
ſit preteritū.Primo per hoc qđ dicit ibi.
Adhuc vnū modicū/⁊ ſubdit de aduen-
tu xp̄i.Ueniet deſyderatus cunctis gen-
tibus.Aggeus enim ꝓpheta dixit hoc ver
bum ſcđo anno Darij regis Perſaꝝ.Ab
illo autē tp̄e vſq3 nunc fluxerūt anni fere
duo millia ſm computationē iudeorum.
Multo magis ſm cōputationē noſtra3.
Talis aūt numerꝰ nō dr in ſcriptura mo
dicu3.Cum igit dicat ꝓpheta in ſcriptura
reſtare tp̄s modicū vſq3 ad tp̄s deſydera
ti cunctis gentibꝰ/p3 ꝙ tp̄s ſui aduētus
eſt preteritū.S3 ad hoc rñdēt aliq ꝙ tm̄
tp̄s in ſcriptura bene dr modicū/qꝛ dr in
pſ.lxxxi.Mille anni ante ocu.tu.tanꝗ̄
dies heſterna.S3 ꝙ hec rñſio nō valeat
p3 qꝛ ſi tp̄s mille annoꝝ cōparet eterni-
tati/modicum eſt.Et ſic loquitur autori- M
tas pſalmi predicti:qđ p3 per hoc ꝙ di-
cit.Ante oculos tuos/qꝛ diuina cogni-
tio que ꝑ oculos deſignat:eternitate mē
ſuratur.Sed ſi referat tp̄s mille annoꝝ



ad expectationē3 ꝓpl̄i:ſic nō pōt dici rō-
nabilr loquēdo tp̄s modicū:ſed multu3.
Un̄.⁊ Baruch.vi.tp̄s captiuitatis baby
lonice predicit magnū ⁊ longum:qđ tñ
A fuit valde modicum reſpectiue.ſ.lxx.an-
noꝝ.Itē p3 ꝓpoſitū per id qđ in auto-
ritate ſubdit.Replebo domū iſtā glīa.et
loquitur de domo dei edificata a iudeis
poſt captiuitatē babylonie.Igitur ſtante
illa domo venit xp̄s:qꝛ ꝓpheta dicit eā
repiendā glīa per aduentū ipſius deſy-
derati ad eam.Domꝰ aūt illa deſtructa
eſt ꝑ Titū ⁊ Ueſpaſianū quadrageſimo-
ſcđo anno poſt dñi paſſionē ergo ⁊c.Itē
tertio p3 ꝓpoſitū ꝑ illud qđ ſequit i au-
toritate ꝑdicta.Magna erit glīa iſtius
domus nouiſſime ⁊c.Cōſtat enī ꝙ loqui-
tur de edificata poſt captiuitatem baby-
lonie.ad eiꝰ edificationē3 inducebat po-
pulū:⁊ ꝑdixit glīam eius maiorem futu-
rā ꝗ̄ fuit glīa domus edificate per Salo
B monē.Hoc aūt non intelligitur propter
maiores diuitias ſeu honores ſeu cultū
diuinū vel edificationes:qꝛ domus ⁊ ſta
tus populi tunc erat quaſi nulliꝰ momē-
ti reſpectu illiꝰ domus ⁊ ſtatꝰ ꝗ fuit ſub
ſalomone.Propter hoc dr.ij.Eſdr.xij.ꝙ
ſacerdotes ꝗ viderāt primam domum la
chrymabantur:alij exultantibus in dedi
catione domus ſcđe:qꝛ quaſi nullus momē
ti erat reſpectu prime.Et ideo nō poteſt
intelligi glīa eius maior niſi ꝑ aduentu3
ipſiꝰ deſyderati cūctis gētibus:qui eam
glorificauit pn̄tia ſua qꝛ i ea fuit a matre
oblatus ſm ꝙ ꝓpheta Malachias pre-
dixerat.iij.ca.Statim veniet ad templū
⁊c.Ipſam etiā domum frequenter hono
rauit qñ ibi ꝑdicauit ⁊ miracula ſine nu
mero fecit Mat.xxi.Acceſſerunt ad eu3
ceci ⁊ claudi in templo ⁊ ſanauit eos.Di-
cunt autē aliq iudei ad hoc ꝙ maior fuit
C glīa ſcđe domus ⁊c.in annis:qꝛ plus du-
rauit.Sed hoc nō valet etiā ſi verū ſit qđ
plus durauit.qꝛ hoc non fuit ad gloria3
ſed ignominiā.qꝛ pluribꝰ tēporibus fuit
conculcata ⁊ dehonorata.Primo qꝛ An
tiochus epiphanes poſuit ibi adorādū
idolum.⁊ fecit ibi poſtibula mulierum:
ſm ꝙ habet.i.Macha.ij.S3 quia libru3
iſtū non recipiūt iudei:iō pōt dici ꝙ hoc
idē habet Danie.viij.Hoc etia3 dicit Jo
ſephus lib.xij.antiquitatū.Similiter qñ
hieruſalē fuit capta ꝑ Pōpeiū romanu3
imꝑatorē ꝗ in templo collocauit equos.
Itē iterū alias ⁊ vltimo qñ deſtructa fuit
per Titū ⁊ veſpaſianū.Oibꝰ enī iſtis tem
poribꝰ fuit iſta domus deiecta ⁊ cōculca
ta.Itē iſta maioritas duratiōis nō vr eſ-
ſe alicuius glorie notabilis.Aliter enī la D
pis dr maioris honoris ⁊ glorie ꝗ̄ natura
humana.qꝛ eſt maioris durationis.Ite3
ſi computemus durationem domꝰ ſecū-
de ſecūdū iudeos dicentes eam duraſſe.
ccccxx.annos habemus ꝙ prima domꝰ
plus vel ſalte3 non minus durauit quia
plures anni fluxerunt a quarto anno ſa-
lomonis:in quo fundata fuit prima do-
mus:vſq3 ad.xi.annu3 Sedechie in quo
deſtructa fuit:qꝛ fluxerunt anni.ccccxx-
vij.cōputando tēpora regū intermedio-
rū in tertio ⁊ quarto lib.Regū.Perfecta
autem fuit.xi.anno ſalomonis.Licet au-
tem forte domus ſecunda plus durave-
rit tamē iſta obiectio eſt efficax cōtra iu-
deos:qꝛ ꝓcedit ex ſuppoſitiōe computa
tionis eoꝝ quā reputant verā.P3 ergo
ex ꝑdicta autoritate aggei ꝙ ⁊c.Sed re-
ſtat oſtēdere ꝙ in predicta autoritate vi-
det dubiū ſcil3 qualr ſit impletum illud
Mouebo celū ⁊ terrā.Dicēdū eſt igit:qđ
celum in aduentu xp̄i motū eſt:large ac- E
cipiendo motū pro omni innouatiōe:qꝛ
magna innouatio in celo apparuit:qñ i
natiuitate xp̄i noua ſtella eſt viſa:ꝓpter
qđ reges venerunt ad ipm̄ adorandum.
Maior aūt fuit cōmotio facta in celo id
eſt in celeſtibus ſpiritibꝰ:qui tāte rei no-
uitate nouis gaudijs exultabāt.Itē circa
illud tempus.ſ.tp̄e Herodis ſub quo na-
tus eſt xp̄s in iudea de qua magis loqui
tur ꝓpheta quam de alijs terris:fuit ma
gnus terremotus in tantū ꝙ gentes ꝓxi-
pinque credebant ꝙ in iudea nullus ho
mo remanſiſſet:vt dicit Joſephus in.i.
lib.de iudaico bello.Et ex hoc arguit ꝓ F
babiliter ab aliquibus aliquā coniūctio
ctionē fuiſſe planetarum notabilem ſiue
cōſtellationē ex ꝗbus ſolent accidere ta-
lia.Qđ aūt tunc mote fuerint oēs gētes.
p3 qꝛ imminente xp̄i natiuitate iuſſit ce-
ſar Auguſtus deſcribi orbem vniuerſum
⁊ oēs gentes romanorum ſe tributarios

pſiteri:⁊ ꝓpterea ſinguli ibant ad loca
ſua erāt oriundi ad p̄dicta faciēda. Pro-
pter qđ etiā Ioſeph de galilea aſcendit
in bethleē ⁊c. Lu. ii. In iudea etiam tūc
fuit facta magna cōmotio: qꝛ q̄dā nomi
ne Iudas natione galile⁹ publice aſſere
bat iudeis eſſe illicitū cognoſcere alium
dñm p̄ter deū ⁊ multi iudei ſecuti ſunt
ipſū: ⁊ poſtea interfecti ab exercitu roma
noꝝ: vt dicit ioſeph⁹. ii. antiqtatū: ⁊ idē
habet Act. v. Ante hos dies ⁊c. De cōmo
tione aūt maris nō opꝫ exēplum pone-
re: qꝛ frequēter ſolet accidere: proprie tñ
p mare ⁊ aridā itelligunt habitātes in
terris maritimis ⁊ cāpeſtrib⁹: ſicut p ce
lū angeli illō inhabitātes q oēs ſūt mo-
ti vel p nouas illuminationes ⁊ exulta-
tiōes quo ad angelos: vel p deſcriptionē q
ad reliqs. Itē q tp̄s aduētus xp̄i ſit cō-
pletū p autoritatē Daniel. ix. pꝫ vbi Ga-
H briel angelus inſtruxit eū de tp̄e aduen-
tus xp̄i di. Aiaduerte ſermonē ⁊ intelli-
ge viſionē. Septuaginta hebdomades
abbreuiate ſūt ſup ppl'm tuū: ⁊ ſup vrbē
⁊ ſanctā tuā vt cōſumet preuaricatio: ⁊ fi-
nē accipiat pctm̄ ⁊ deleat iniqtas: ⁊ ad-
ducat iuſtitia ſempiterna. ⁊ impleat vi-
ſio ⁊ ꝓphetia: ⁊ vngat ſctūs ſctōꝝ. Sci-
to ergo ⁊ aiaduerte. Ab exitu ſermonis
vt iterū edificet hierl'm vſq ad xp̄ꝫ ducē
hebdomade ſeptē: ⁊ hebdomades ſexa-
ginta due erūt: ⁊ rurſum edificabit pla-
tea ⁊ muri in anguſtia tēporum. Et poſt
hebdomades ſexagitaduas occidet xp̄s
⁊ nō erit eius ppl's q eū negaturus eſt.
Et ciuitatē ⁊ ſanctuariū diſſipabit ppl's
cū duce vēturo. Et finis eius vaſtitas ⁊
poſt finē belli ſtatuta deſolatio. Confir-
mabit autē pactum multis hebdomada
vna ⁊ in medio hebdomadis deficiet ho
ſtia ⁊ ſacrificiū ⁊ in tēplo erit abomina-
tio deſolationis vſq ad cōſummationē
⁊ finē pſeuerabit deſolatio. ¶ Ad itelle-
ctū autē hui⁹ ꝓphetie primo vidēdū eſt
qualr hic accipiant hebdomade vl' heb
domades qđ idē eſt. In ſacra enī ſcriptu
ra hebdomada ſumit vno modo p tpe
I vii. dieꝝ ⁊ hoc mō cōiter accipit. Et hoc
mō loquit ſcriptura Leuit. xxiii. vbi dr̄
q ſeptem hebdomade accipiēde ſunt a
feſto paſche q faciunt. xlix. dies. et. l. die
celebrādus eſt feſtum pēthec. Alio mō ac-
cipit hebdomada p tpe. vii. annorū. Et
hoc mō loquit ſcriptura leui. xxv. vbi di
cit. Numerabis ſeptē hebdomadas an-
norū q faciunt. xlix. annos: ⁊ qnquageſi-
mus dr̄ iubile⁹: q apud iudeos dr̄ annus K
remiſſiōis. Nō iuenit aūt hebdomada
poſſe accipi plurib⁹ modis. Hic autē nō
pōt accipi p hebdomada dierū: qꝛ alias
tota ꝓphetia Daniel' fuiſſet cōpleta in-
fra annū ⁊ dimidiū. Ergo p locū a diui-
ſione opꝫ q accipiat p hebdomada an-
noꝝ. Et i hoc oēs catholici ⁊ hebrei cōue
niūt: lꝫ in hoc ſit differētia. q q̄dā catholi
ci vt Beda ⁊ alii dñt. q iſti anni intelli-
gēdi ſunt āni lunares q breuiores ſunt
ſolarib⁹. xi. dieb⁹. Mot⁹ aūt fuit ad hoc
dōm' ex duob⁹. Primo ex textu: qꝛ dr̄ heb
domade abbreuiate. ⁊ ſicut dictū ē anni
lunares ſunt breuiores ſolarib⁹ ⁊ p cōſ
hebdomade annoꝝ. Scđo: qꝛ angelus lo
quebat Danieli qui erat hebre⁹. ⁊ iudei cō-
putabāt p annos lunares: vt dicit. Sꝫ ni
co. de lyra in qōne cōtra iudeos: vbi fere oia
iſta ſumunt: dicit q ſalua reuerētia Be
de vtrunq videt falſum eſſe qꝛ in hebreo
L nō ponit abbreuiate in detrūcatione ſi-
ue diminutione put ſonat: ſꝫ ponitur p̄-
ciſe put determinationē importat tpis
nō plus aut min⁹. Silr ſm videtur fal-
ſum: qꝛ ſi iudei haberent annum breuio-
rē. xi. dieb⁹. q ann⁹ ſolaris quo vtimur
cū ſm legē teneant primo menſe cuiuſq
anni facere paſcha i die determinata. ſ.
vi. ſeqret q eos paſcha hui⁹ anni antice-
deret paſcha anni p̄cedētis in. xi. dieb⁹
⁊ eodē mō paſcha ſequēs p. xxii. ad qđ lo
queret q ipſi celebrarent paſcha ex obliga
tione p̄cepti infra breue tp̄s i qlibet mē-
ſe toti⁹ anni. Hoc aūt appet manifeſtū
falſū ex vſu eoꝝ: ſemp enī faciunt eodē
tpe. Ideo pꝫ q cōputāt p annos ſolares
ſicut ⁊ nos. Licet enī icipiāt meſes a lu-
nationib⁹. tñ ann⁹ apud ipſos hꝫ. xiii. lu
natiōes. ita q p embolismos faciūt eq-
M tionē tpis. Dato tñ q cōputarēt p ānos
lunares: nihilomin⁹ habet propoſitū: vt
videbit. Scđo videndū eſt q̄t annos cō-
tinēt hebdomade p̄dicte. Et pꝫ hoc: qꝛ
ſi multiplicent. lxx. p. vii. reſultāt. ccccxc.
ſiue quatercentum nonaginta. Tertio



videndū eſt a quo anno incipiat cōputa
tio ipſaꝝ. Et dicūt aliqui iudei: q icipit ab
xi. anno regis. Sedechie: qn̄ deſtructū
eſt primū tēplū. Alii q a p̄mo anno Da-
rii regis medorū qui illo tpe dixit iſta an-
gelus Danieli. Alii q a reditu captiuita-
tis ſub zorobabel anno ſcđo Cyri regis.
A Perſarum. Alii q anno ſecundo regis.
Artaxerſis: qn̄ miſſus eſt Neemias ad
reedificādū ciuitatē ſanctā. Que aūt iſta
rū opinionum ſit vera: ⁊ aliarum impro
bationē omitto ꝓpter ꝓlixitatē vitandā
qꝛ ſm oēs iſtas computationes habebit
ſufficiēter ꝓpoſitū. ſ. q ſit p̄teritū tp̄s ad-
uētus xp̄i qđ pꝫ: qꝛ angelus aſſignauit
ccccxc. annos: vſq quo impleatur viſio ⁊
prophetia ⁊ vngat ſctūs ſctōꝝ. i. xp̄s.
Sed qualitercunq accipiant anni luna
res vel ſolares: ⁊ vbicūq incipiat cōpu-
tatio ſꝫ p̄dicta: qꝛ inferius nō pōt accipi
q in ſcđo anno. Artaxerſis totū tp̄s pre-
dictū iam diu eſt cōpletū. Si autē aliquis
vult plenius videre qualiter iſte nume-
rus annoꝝ eſt cōplet⁹ p partes ſingulas:
⁊ qualiter in medio vltime hebdomade
paſſus eſt xp̄s ⁊c. q faciūt ad expoſitionē
huius textus pōt recurrere ad id qđ ſcri-
pſit nicolaus de lyra ſuper danielē. Ve-
rū hic volo remouere quādā ſolutionem
B falſam rabbi ſalomonis dicentis q ille
hebdomade nō ptinent tp̄s p̄ciſum vſq
ad aduentum xp̄i: ſed a deſtructione pri-
mi tēpli vſq ad deſtructionem ſcđi: ⁊ ſic
exponit dicens: q. lxx. hebdomade preci-
ſe. i. prefinite ſunt anteq veniat perfecta
captiuitas ipſorum que facta eſt per ro-
manos: vt conſumetur preuaricatio. i. vt
deſiſtent a preuaricationibus: caſtigati
vt deleatur iniquitas ipſoꝝ p dicta pe-
nalia: ⁊ adducatur iuſtitia ſempiterna. i.
vt in eternū iuſtificent penam pro pec-
catis tolerādo in dicta captiuitate: vt ſic
finaliter impleat viſio et prophetia. i. vi-
ſiones de xp̄o promiſſe p ꝓphetas: ⁊ vn-
C gatur ſanctus ſctōꝝ. i. arca domini ⁊ va
ſa ſanctuarii que recuperabuntur p meſ
ſiam venturum in fine huius captiuita-
tis. Sed q̄tum debeat durare iſta capti-
uitas nō dr̄: ⁊ p conſequens determina-
tū tp̄s ipſius xp̄i hic nō determinat. Qđ
autē iſta expoſitio ſit falſa ⁊ extorta pꝫ p
literam precedentem. vbi dr̄ q angelus.
Gabriel venit ꝓpt orōnē danielis oran-
tis p liberatione ppl'i ad declarationē
exauditionis ſeu petitiōis. Et iō nō ſolū
nūtiauit liberationem de captiuitate ba
bylonica. ſed etiā pfectā liberationē fien
dā p xp̄m de qua principalr daniel ora- D
bat. Et iō dicere q angelus veniebat ad
denuntiādū pfectā liberationē ſui ppl'i ⁊
nullū certum tp̄s liberationis fiēde per
xp̄m aſſignauit eſt valde abſurdū: ⁊ p̄ce-
dēti litere contrariū qꝛ angelus non ve-
niſſet ad cōſolationē ſed deſolationē da
nielis. Itē cū dicit q p captiuitatē in qua
ſunt deſiſtāt a p̄uaricationib⁹ hoc mani
feſte eſt falſum: qꝛ ſuper oēs gētes inten-
dūt ſortilegiis et augurijs: vt dicunt qui
ſciunt facta eoꝝ: ⁊ tñ iſta maxie ꝓhibent
in lege diuina: vt pꝫ ⁊c. Itē qꝛ dicit im-
pleri viſiōes ꝓphetarū p merita eoꝝ ē cō
id qđ dr̄. Deut. ix. Scito q non ꝓpter iu-
ſtificationes tuas dñs de⁹ dedit tibi ter-
rā ⁊c. Et multo min⁹ ꝓpter iuſtitias eo-
rū eſt adimplenda ꝓmiſſio de xp̄o: ⁊ ma
xime qm̄ de eo ſcribitur Eſa. viii. Erit in
lapidē offenſionis ⁊c. Itē q dicit per vn-
ctionē ſcti ſctōꝝ intelligi vnctionē arce E
⁊c. hoc eſt cō illud qđ dr̄ Hie. iii. In dieb⁹
illis dicit dñs: non dicēt vltra arca teſta
mēti dñi ⁊c. hoc eſt dictum q cerimonie
veteris teſti oino ceſſauerūt poſt xp̄i paſ
ſionē. Itē ꝓbat idē p illud Dañ. ii. vbi dr̄
q Nabuchodonoſor vidit ſtatuam ⁊c.
Et infra. Abſciſus eſt lapis de monte ſi-
ne manibus ⁊ pcuſſit ſtatuā ⁊c. Et p iſtā
ſtatuā ſignificabant quatuor magna re-
gna ſibi i orbe ſuccedētia: vt ipſe Daniel
expoſuit primū chaldeoꝝ. ſcđm perſaꝝ
tertiū grecoꝝ. quartū romanoꝝ qđ per
ferrū ſignificat. qꝛ oia alia regna doma-
uit. Per lapidem autē ſignificat xp̄s: cui
ſubiiciēdum erat regnū romanorum: ſꝫ
oēs tā hebreos q catholicos. Cum autē
dño Ieſu ſit ſubiectū regnū romanoꝝ
tpe beati. Silueſtri per verā fidē ſequit
q ipſe ſit xp̄s. Itē probatur idem p dicta. F
⁊ glo. doctoꝝ hebreoꝝ antiquoꝝ: ſiue au
tēticorū Eſa. enī vltro dr̄ anteq parturiret
pepit gl. hebraica. Qr anteq natus fuiſſet
ille q in ſeruitutē vltimā redegit natus
fuit redēptor. Ergo ante natiuitatem Ti-

ti fuit natiuitas xp̄i. Ideo ibidem tranſ-
latio caldaica dicit. Et adhuc nō erit ei
veniēs anguſtia: ⁊ redimet. ⁊ adhuc non
veniet ei tremor cū doloribꝰ ꝓpter par
tū ⁊ reuelabit rex meſſias. Dolor enim ⁊
anguſtia ꝑtus exprimūt maximā calami
G tatē quā ſuſtinuerūt in obſidiōe Titi. er-
go xp̄s añ Titū natus eſt. Hoc aūt multi
iudeorum cōcedūt: dicētes ꝙ xp̄s natus
eſt in die deſtructionis tēpli. ſed cū ab il-
lo tp̄e fluxerint plus. M.cccc. anni iō di
cunt aliq̄ eorū ꝙ eſt cū angelis viuēs eo
mō q̄ Moyſes in monte. Alij: ꝙ eſt extra
mōtes caſpios expectās p̄ceptū dn̄i de
liberatione ppl̄i. Alij: ꝙ vadit p mundū
ſicut pauper ⁊ leproſus propter pctā po-
puli. iuxta illud Eſa. liij. Et nos reputaui
mus eum quaſi leproſum ⁊c. quouſq; ap-
pareat ex precepto dn̄i in virtute ad libe-
rationem eorū de iſta captiuitate. Talis
aūt varietas arguit manifeſte eorꝝ dictū
eſſe ficticiū. ſꝫ verꝝ eſt q̄ ad hoc ꝙ diu tp̄s
eius eſt p̄teritū. Itē idē ptꝫ p quandam
traditionem apud eos autenticā ⁊ habe
tur in libro iudicū ordinariorū tradito a
domo helie prima: q̄ eſt hec. Diſcipulis
eiꝰ p. vj. M. annos erit mūdꝰ. 2000. va-
nitati. 2000. legis. 2000. meſſie. ¶ Ad in-
H tellectum huius eſt aduertēdū ꝙ hebrei
dicunt hoc eſſe dictū a filio mulieris ſa-
reptane quē ſuſcitauit. Helias: qui etiā
poſtea habuit ſpm̄ ꝓpheticū. Et. 2000.
annorum dicunt tp̄s vanitatis q̄ a prin
cipio mundi vſq; ad vocationem abrae.
Gen. ij. mundus defluxit in vanitate pec
catorꝝ p luxuriā. vt ptꝫ in Gen. ⁊ p idolo-
latriā adeo ꝙ tp̄e Abrae totꝰ mūdꝰ erat
corruptꝰ: ⁊ ipſe auſus eſt publice primo
vnum deū p̄dicare: vt ait Ioſephus lib.
antiquitatū. Et iſtud tēpus ſm̄ eorū com
putationē fuit. 2000. annorū et. xxiij. q̄
Abraā. lxxv. annos habuit qn̄ vocatus
eſt. Et ex tūc incepit tēpus legis: q̄ nō da-
tur niſi ppl̄o adunato: cepit aūt ſub ipſo
adunari ⁊ ad legem diſponi: ꝓpter qḋ et
circūciſionē in diſtinctionē accepit. Ab
I illo aūt tp̄e vſq; ad xp̄i natiuitatem fluxe
runt. 2000. annorꝝ. niſi ꝙ deficiunt. xxix.
Si igitur accipiunt. xxiij. q̄ ſuperabun-
dant ſupra: habemus a principio mun-
di vſq; ad natiuitatē chriſti quatuor mi-

lia annorum minus quinq;. Quod ſi ac-
cipiantur quinq; anni q̄bus latuit in egy
pto: ita ꝙ dies meſſie incipiāt computa-
ri ab illo tempore quo de egypto eſt re-
uerſus. ſic ſunt p̄ciſe quatuor milia. Utrū
aūt. 2000. annorꝝ debeat eſſe tp̄s meſſie: K
nō me intromitto. ſed ſufficit mihi tem-
pus eius eſſe impletum: q̄ ipſi a principio
mundi vſq; ad p̄ſentem annū. ſ. M.ccccc.
quo p̄ſens opus fuit caſtigatū cōputant
ccccc. ⁊. cc. ⁊. lx. annos. Item oſtendo pro
poſitū per rationē in ſcriptura ſumptā.
Cōſyderando eñ̄ ꝓceſſum veteris teſta-
mēti appꝫ ꝙ q̄diu filij iſrael ſeruierunt
dn̄o: fuerūt in ſtatu p̄ſpero. ⁊ ſi aliqn̄ fue-
runt captiuati ⁊ afflicti: hoc fuit propter
pctm̄ multitudinis. Nūc aūt ita eſt ꝙ an̄
captiuitatē babylonicā fuerunt idolola-
tre peſſimi ⁊ occiſores ꝓphārꝝ eos a pec-
catis ꝓhibētiū: adeo ꝙ ſanguine ꝓphe-
tarum repleuerūt hieruſalē vſq; ad os. iiij.
Reg. xxi. ⁊ multa alia fecerunt: et tñ̄ illa
captiuitas nō durauit niſi. lxx. annis cū
autem captiuitas in qua ſunt nūc anno
dn̄i. m.ccccc. durauerit p annos. m.cccc-
xxv. q̄ facta fuit. xl. anno a xp̄i paſſiōe q̄ L
fuit. xxxiij. vel circa ab eius natiuitate.
nec adhuc appareat eorꝝ liberatio de pri
morib; eos ꝯcedere ꝙ pctm̄ ꝓpter ꝙ tā-
diu captiui ſunt ſit maius q̄ p̄cedentia:
qḋ nō pōt eſſe niſi occiſio xp̄i. q̄ poſt di-
ctam captiuitatē nō legunt idololatraſ-
ſe aut occidiſſe ꝓphas. Ideo dicit Rab-
bi moyſes in libro iudicū ordinariorum.
Ieſus nazarenꝰ viſus eſt eē meſſias: ⁊ in
terfectꝰ eſt p domū iudiciꝫ: ⁊ ipſe fuit cā
⁊ ꝓmeruit, vt deſtrueret iſrael in gladio.
Itē multa opa diuina ſunt facta in teſti-
moniū doctrine apl̄orꝝ q̄ via nature fieri
non pn̄t: vt patet p ſcriptores veriſſimos
⁊ publicam famam vſq; nunc cōtinuatā
q̄ in talibꝰ faciunt ſufficientem fidē. ſicut
firmiter tenemus Ariſtotelem et platō
nē fuiſſe philoſophos: ⁊ tñ̄ non habemꝰ
niſi publicā famā. Hoc idē ptꝫ p libros M
autenticos apud iudeos. Scribit eñ̄ in
quodam libello q̄ apud eos intitulatur
de Ieſu nazareni generatione: ꝙ leproſum
mundauit: ⁊ claudū ex vtero matris ſue
ſtare fecit: ⁊ mortuos ſuſcitauit: ⁊ multa
alia q̄ fieri nō poterant niſi virtute diui-



na. Dicit tñ̄ ibidem ꝙ talia fecit virtute
nominis tetragrāmaton: q̄ qui ſciret il-
lud debito mō pronūtiare poſſet virtute
illius miracula facere: vt ibidem dicitur
Ieſus autē nazarenus prenuntiationem
A illius nominis didicit: vt ibi dr̄. q̄ in tem
plo lapidem inuenit ſuper quem ſteterat
arca dn̄i antiquitus: in quo erat ſcriptū
tale nomē expoſitū. Uocat aūt expoſitio
illius nois deſcriptio ſiue determinatio
qualiter debeat ꝓnuntiari. Sꝫ antē hoc
dictū non ſit verū niſi p quāto cōfitetur
dn̄m Ieſū diuina miracula feciſſe: tñ̄ ex
eo habet cōtra eos argumētum. Nam il
lud nomen nō poteſt habere virtutē ad
faciendum aliqḋ cōtra honorem dei. Er
go doctrina Ieſu nazareni miraculis ab
iſto noie factis cōfirmata nō pōt eſſe ho
nori diuino ꝯtraria. Ergo fuit verꝰ deus
verus homo ⁊ verus xp̄s: q̄ ita docuit:
alias virtute nominis dei fuiſſent facta
miracula ad cōfirmationem huius falſi
tatis. Et deus eſſet teſtis falſitatis. Nō
eñ̄ ꝓlatio talis nois: ſꝫ deus illa miracu
la operabat. Hec ⁊ alia vꝫ dicere expreſ
B ſe Ioſephus. xviij. antiq̄tatū dicēs. Fuit
hiſdē tp̄ibꝰ Ieſus ſapiēs vir ſi tñ̄ eū vi-
rū nominare fas eſt. Erat eñ̄ mirabiliū
operꝝ effectio: ⁊ doctor eorꝝ hominū q̄ li
benter audiūt que vera ſunt. Et multos
quidē iudeorꝝ ⁊ multos ex gētibus ſibi
adiūxit. Xp̄s hic erat. hunc accuſatione
p̄morꝝ nr̄e gētis cū pilatꝰ in crucē agen
dū decreuiſſet nō deſeruerūt cū hi q̄ ab
initio dilexerūt eū. Apparuit eñ̄ eis ite-
rū viuus: ſm̄ ꝙ diuinitꝰ inſpirati ꝓphe
te: vel hec vel alia de eo innumerabilia
miracula futura p̄dixerāt. Hec ille. Itē
qn̄ ſcriptura dicit aliq̄d futurū ⁊ deter-
minat tp̄s modū ⁊ locū: ſi oīa iſta in vnū
ꝯcurrāt manifeſtū eſt eſſe illud impletū
Sed ſacra ſcriptura p̄dixit aduentū xp̄i
⁊ determinauit tp̄s. Gen. xlix. ⁊ locū Mi
chee. v. Et tu bethleē: ⁊ modū viuēdi. ſ. i
paupertate zach. ix. Ecce. ⁊ modum mo-
riendi. Eſa. liij. Et omnia hec ſunt ad-
C impleta in Ieſu nazareno ergo ⁊c. Sed
cōtra hoc arguūt iudei per id qḋ habet
Eſa. ij. vbi loquitur de aduentu chriſti.
Erit i nouiſſimis ⁊c. Ex his formāt qua
